

Quae sit spiri-
tus uehemen-
cia.

Aller, †findunt

Alr. fscm

Hinc quicquid est virium singulis. Hinc ipsi mundo tam multa poscenti subministrantur. Hinc profertur quo sustinetur tot sydera, tam exercitata, auida, per diem noctemque, ut in opere, ita & in pastu. Et omnium quidem rerum naturam, quantum in nutrimentum sui satis sit, apprehendit. Mundus autem, quantum in aeternum defuderabat, inusitat. Pusil lum tibi exemplum magna rei ponam. Oua tantum complectuntur humoris, quantum ad effectum animalis extirri sat est. Aer continuo terra est, & sic appositus, ut statim ibi futurus sit, unde illa discelit. Pars est totius mundi, sed idem tame quicquid terra in aliumentum misit, recipit, ut scilicet materia non pars intelligi debeat. Ex hoc omnis, inconstans tumultusque est. Hunc quidam ex distantibus corporisculis, ut puluerer, ferunt, plurimi a uero recedunt. Nunquam enim contexi nisi per unitatem corporis usus est, cum partes consentire ad intentionem debeat & conferre vires. Aer autem si in atomos dividitur, sparsus est. Teneri uero disiecta non possunt. Intensionem aeris ostendunt tibi inflata nec ad ictum cedentia. Ostendunt pondera, per magnū spaciū ablata, gestante uento. Ostendunt voces qua remissa clarae sunt, prout aer se cōcūtavit. Quid enim est vox, nisi intensione aeris, ut audiat lingua formata percussus? Quid cursus & motus omnis, nonne intenti spiritus opera sunt? Hic facit uim, & uelocitatem meruis currentibus. Hic cum uehementer concitatus ipse se torsit, arbusta, silvasque conuoluit, & edificia tota corripiens in altum frangit. Hic mare per se languidum & faciens incitat. Ad minoru ueniamus. Quis enim sine intensione spiritus cantus est: cornua & tubae & ea qua aliqua presura maiorum sonitum, reddunt, quam qui ore reddi potest, nonne aeris intensione partes suas explicant? Consyderemus quā ingentem uim per occultum agant paruula admodum femina, & quorum exilitas in cōmissura lapidum locum inueniat, instanti coalescant, ut ingentia laxa trahant, & in momenta disoluant, scopulos rupestrē radices in terra minutissima ac tenuissima cōcidunt. Hoc quid est aliud, quā intensione spiritus, sine qua nū nullum, & contra quam nū validius est. Etsi autem unitatem in aere, uel ex hoc intelligi potest, quod corpora nostra inter se coherēt. Quid enim aliud est, quod tenet ea quam spiritus? Quid est aliud quo animus noster agitatur? Quis est illi motus, nisi intentionis? Quia intensionis, nisi ex unitate? Quia unitas, nisi hoc esset in aere? Quid autē producit fruges & segetem inbecillam, ac uirentes erigit arbores, ac distendit in ramos, aut in altum erigit, quam spiritus intensione & unitas? Quidam aera discerpunt & in particulas diducunt, ita ut illi inane permisceant. Argumentū autem existimant non pleni corporis, sed multum uacui habentis, quod aibus in illo tam facilis motus, quod maximis minimisque per illum transcursus est. Sed falluntur. Nam aquarum quoq[ue] limitis facilitas est, nec de unitate illarum dubium est, quia sic corpora accipiunt, ut semper in contrariis acceptis refluant. Hanc nostri circumstantia, Graci autem πετρούσας appellant, qua in aere quoq[ue] sicut in aqua sit, circumstat enim omne corpus a quo impellitur. Nihil autem opus erit inani aut mixto, sed hoc alias. Nunc autem esse quandam in rerum natura uehementiam, magnop[er] impetus, est colligendum. Nihil enim nisi intentione uehementius est, & tamē me hercules per aliud nihil intendi poterit, nisi per semetipsum fuerit intentionis. Dicimus enim eodem modo nō posse quicquam ab alio moueri, nisi aliquid fuerit mobile ex semetipso. Quid autem est, quod magis creditur ex semetipso habere intentionem, quam spiritus? hunc intendi quis negabit, cum uiderit factari terram cum montibus, tecta, murosp[er], plures & magnas cum populis urbes, cum totis maria littoribus? Ostendit intentionem spiritus uelocitas eius & diductio. Oculus statim per multa milia aciem suam intendit, uox una totas urbes simul percutit, lumen nō palatium prolebit, sed simul uniuersis infunditur rebus. Aqua autem sine spiritu quemadmodum pollet intendi? Nūquid dubitas quin sparsio illa qua ex fundamētis media arena crescens in summam altitudinem amphitheatri peruenit, cum intentione aqua fiat? Atqui uero nec manus, nec ullum aliud tormentum sive instrumentum aquam poterit mittere aut agere qua spiritus. Huic se cōmodat, hoc inferto & cogente atollitur, contra naturā sua multa conatur & ascendit, nata defluere. Quid nauigia sarcina depresa part, offendunt nō aquam sibi resistere quo minus mergantur, sed spiritum, aqua enim cederet, nec posset pondera sustinere, nisi ipsa sustineret. Discus ex loco superiori in piscinā misitus, non descendit.

descendit, sed resiliit, quem ad modum, nisi spiritu referente? Vox autem qua ratione patet munimenta transmittitur, nisi quod solido aer inest, qui soni extrinsecus insimilis & accipit & remittit: scilicet non aperta tantum intendens, sed etiam abdita & inclusa. Quod illi facere expeditum est, quia nusquam diffusa, sed per ea ipsa, quibus separari uidetur, coit secum. Interponas liceat muros & medium altitudinem montium, per omnia ista prohibetur nobis esse perius, non sibi. sed enim intercluditur tantum, per quod illud nos sequi possumus. Ipse quidem transit per ipsum quod scindit, & media non circumscindit, tamen & utramque cingit, sed permeat ab aethere lucidissimo aer, in terram usque diffusus, agilior quidem, tenuior & altior terris, nec minus aquis. Caterum aethere spissior grauior & frigidus per se & obscurus, lumen illi calorigra alimentum sunt, sed per omne spaciun suum similis non est, mutatur enim a proximis. Summa pars eius est sicissima calidissimaque, & ob hoc etiam pertenuissima, propter viciniam aeternorum ignium, & illos tot motus syderum, astriumque celi circumactum. Illa pars ima & vicina terris, densa & caliginosa est, quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperatur, si summis similiq[ue] conferas, quantum ad sinceritatem tenuitatemque pertinet. Caterum utramque parte frigidior. Nam superiora eius, calorem vicinorum syderum sentiunt, inferiora quoque tepent, primi terrarum halitus, qui multum secum calidi afferit, deinde quia radij solis replicantur, & quo usque redire potuerunt reduplicato calore benignius souent. Deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus, arbustisq[ue] ac satis calidus est. Nihil enim uiueret sine calore. Adiace nunc ignes, non tantum manu factos & certos, sed operatos terris, quorum aliqui erupunt innumerabiles, & in abscondito flagrant & obscuro semper. Haec tot partes eius fertiles rerum habent, & aliquid temporis, quoniam sterile est frigidum, calor autem gignit. Media ergo pars aeris, ab his submota in frigore suo manet. Natura enim aeris frigida est. Qui cum sic diuisus sit, iam, sua parte maxima uarius & inconstans & mutabilis est. Circum terram plurimum audet, plurimum patitur, exagitat & exagitatur, nec tam eodem modo totus afficitur, sed aliter alibi ac partibus inquietus est ac turbidus. Causas autem illius mutationis & inconstantiae alias terra prebet, cuius positiones hoc aut illo uerba magna ad aeris temperiem momenta sunt, alias syderum sunt. Ex quibus soli plurimum impates. Illum sequitur annus, ad illius flexum hyemes astatesc[u]t uertitur, luna proximum ius est. Sed & caterae quoque stellae non minus terrena sunt, incumbentes spiritu terris afficiunt, & ortu suo occiduntur contrario, modo frigora, modo imbrues alias terrarum iniurias turbine mouent. Hoc necessarium fuit praeterea dictu[m] de tonitruo fulminibus & fulgurationibus. Nam quia in aere sunt, naturam eius explicare oportebat, quo facilius appareret quid facere aut pati posset. Tria sunt ergo quae accidunt, fulgurations, fulmina, & tonitrua, quae una facta seruis audiuntur. Fulguratio ostendit ignem, Fulminatio emittit. Illa (ut ita dicatur) conformatio est, & tonatio sine ictu, ista facultatio cum ictu. Quaedam sunt ex his, de quibus inter nos conuenit, quaedam in quibus diversa sententiae sunt. Conuenit illis omnia ista in nubibus & e nubibus fieri, etiam nunc conuenit & fulgurations & fulminations, aut ignes esse, aut ignes spiritus. Ad illa nunc transeamus, in quibus lis est, quidam putant ignem esse in nubibus, quidam ad tempus fieri, nec prius esse, quam mitti. Nec inter illos quidem quid proferat ignem, conuenit. Alius enim aliud illum colligit. Quidam autem radios solis intercurrentes recurrentesq[ue], lapidis in se relatos, ignem excitare dicit. Anaxagoras vero ait illum ex aethere distillare, & ex tate ardore celi mulata decidere, quae nubes diu inclusa custodiunt. Aristoteles multo ante ignem colligi non putat, sed eodem momento exsilire, quo fiat. Cuius sententia talis est, duas partes in imo facient, terra & aqua, utramque ex se reddit aliquid. Terreus uapor siccus est, & fumo similis, qui uentos, tonitrus & fulmina facit, aquarum halitus humidus est, & in imbrues & nubes cedit. Sed siccus ille terrarum uapor, unde uentis origo est, quia coacceratus est, cum continuo nubium uehementer a latere eliditur, deinde, ut latius ferat nubes proximas, haec plaga cum sono incutitur, qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma uitio lignorum uirulentum crepat. Et ille spiritus habens aliquid humidi secum, conglobatusq[ue], rumpitur flamma. Eodem modo spiritus ille quem paulo ante exprimit collis nubibus dixi, impensus alijs nec rumpit, nec exsilire silentio potest. Dissimilis autem crepitus fit, ob dissimili

Altissimam.

Quare me
dia regio a
eris sit frig
da.

Diversæ de
fulmie opi-
niones.

Lem impa

tem impactionem nubium. Quare alia maiorem sonum habet, alia minorē. Ceterum illa uis expressi spiritus ignis est, qui fulgurationis nomen habet, leni impetu accēsus & vanus. Ante autem uidem fulgorem q̄ sonum audiamus, quia oculorum uelocior est sensus, & multum aures antecedunt. Falsam autem esse opinionem eorum, qui ignem in nubibus seruant, per multa colligi potest. Si de cōelo cadit, quomodo non quotidie sit, cū tantundē illuc semp̄ ardeat? Deinde nulla ratione crediderim, quare ignis quā natura sursum uocat, defluat. Alia enim conditio nostrorū ignis est, ex quibus fauillæ cadit, quae ponderis secū aliquid habent. Ita nō descedit ignis, sed præcipitat & deducitur. Huic si mille nihil accidit in igne purissimo, iū quo nihil est quod deprimat. Aut si nulla p̄ eius deciderit, in periculo totus est, quia totum potest excidere, quod potest carpi. Deinde illud quod quotidie leuitas cadere prohibet, si illud in abito luci tenet graue, quomodo illuc esse potuit, unde caderet? Quid ergo? Non aliqui ignes in inferiora ferri solent, sicut hæc ipsa de quibus quærum fulmina? Fato enim nō eunt, sed feruntur. Aliqua illos potentia deprivat, que non est in aether. Nihil enim iniuria illuc cogitur, nihil rumpitur, nihil præter solitum evenit. Ordo rerum est, & expurgatus ignis in custodia mundi, summas sortitus oras, operas pulcherrime circuit, hinc dñscere non potest. Sed ne ab extremo quidem comprimi, quia in aetheru incerto corpore locus est. Certa enim & ordinata non pugnant. Vos inquam dicitis, cū causas stellarū transuolantū redditis, posse aliquas partes aeris ad se trahere ignem, ex aetherē decidentē, ex his superioribus ardere, ac sic accendi. Sed plurimū interest, utrum aliquis dicat ignem ex aetherē decidere, quod natura nō patit, ut liceat ex igne uī calorem in ea, quæ subiecta sunt, transilire. Nō enim illinc ignis cadit, q̄ non potest fieri, sed hic nascit. Videmus certe apud nos late incendio peruagante qualidā nūbulas, quæ diu concaluerunt, ex se concipere flammā. Itaq̄ uerisimile est in aere summo, qui naturā rapiendi ignis habet, aliqd accendi calore aethris superpositi. Necesse est enim, ut & unus aether habeat aliqd uerisimile, & summus aer nō sit dissimilis in aetheri, quia nō sit statim ex diuerso in diuersum transitus. Paulatim ista confinio uim suam miscent ita, ut dubitatis positis, an aer, an hoc iam aether sit.

Quidā ex nostris existimant, aera, cum ignis & aqua mutabilis sit, non detrahere aliunde causas flammarū nouas, ipse em̄ se mouendo accedit, & condensos, compactosq; nūbium sinus dissipat, neceſſario uastum in tam magnorum corporū diuersione reddit solum. Illa porro nūbium difficulter cedentib; pugna, aliqd confert ad concidendū ignem. Sic, quemadmodum ferro aliqd manus ad secundum confert, sed secare ferri est. Quid ergo inter fulgurationem & fulmē interest? Fulguratio est late ignis explicitus. Fulmen est coactus ignis impetu iactus. Solemus duabus manibus, inter se iunctis, aquam concipere, & compressa utrig; palma, in modum syphonis exprimere. Si mille quiddā & illuc fieri pūta. Nūbium inter se comprehendarum angustissimum sp̄ritū emittunt. Ex hoc ipso inflammant, & tormenti modo ejiciunt. Nā balistæ quoq; & scorpiones tela cum sono expellunt. Quidā existimant ipsum sp̄ritū p̄ frigida atq; humida euentem, sonū reddere. Nam ne ferrum quidē ardens silentio extinguitur, sed quēadmodū in aquam seruens massa descendit, cum multo murmur extinguitur. Ita ut Anaximenes ait, sp̄ritus incendens nūbulus tonitrua edit, & deinde cū luctatur, p̄ obstatia & interclusa uadens, ipfa ignem fuga accedit. Anaximander omnia ad sp̄ritū retulit. Tonū truā, inquit, sunt nūbis iūta sonus. Quare inæqualia sunt? Quia & ipse iūta inæqualis est. Quare & sereno tonat? Quia tunc & p̄ cursum & siccū aera sp̄ritus proslit. At quare alii quando nō fulgurat & tonat? quia tenuior & infirmus sp̄ritus, qui in flammā nō ualuit, in sonū ualuit. Quid est ergo ipfa fulguratio? aeris diuidentis se, corrutientib; iactantib; lai guidū ignem, nec extirpū aperiens. Quid est fulmē? Attritior densiorib; sp̄ritus cursus. Anaximandrus ait oīa ista sic fieri, ut ex aetherē aliqua uis in inferiora descēdat. Ita ignis impactus nūbulis frigidis sonat. At cū illas interfundit fulget, & minor uis ignis, fulgurations facit, maior fulmina. Diogenes Apolloniates ait, Quædā tonitrua igne, quædā sp̄ritu fieri. Illa ignis facit, quæ ipse antecedit, & nunciat. Illa sp̄ritus, quæ sine splendorē crepuerunt. Vtrūq; sine altero fieri, & esse aliquando concedo, ita tamen, ut non discreta illis potestas sit, sed utrūq; ab utrōq; effici possit. Quis negabat sp̄ritum magno impe-

cu lapsum

Altū lacum

tu lapsum, cum efficit sonū effecturū & ignē. Quis & hoc non concedat aliquādo ignē quoq; rumpere posse nubes, & non exilire, si plurimā aceruo nūbium, cū paucas per scidisset, oppressus est? Ergo & ignis ibit in sp̄iritū, perdetq; fulgorem & sp̄eciē, dū lecta in terra incendet. Adiice nūc, q̄ necesse est ut impetus fulminis, & præmittat sp̄iritus & agat ante se, & a tergo trahat uentū, cum tam uasto ista aera inciderit. Itaq; omnia, an/ teq; feriantur, intremescat vibrata uento, quā ignis ante se preslit. Dīmissis nūc præce/ ptoribus incipiamus per nos moueri, & a confessis transeamus ad dubia. Qui enim con/ fessi sunt fulmen ignē esse, & aque fulgurationē, quæ nihil aliud est q̄ flamma, futura ful/ men, si plus uirū habuisset, nō natura ista, sed impetu distant, esse illum ignē calor ostendit, quī si non esset, ostendit effectus. Magnorū enim saepe incendiorum causa fulmē fu/ it. Sylva illo cremata & urbiū partes, etiam quæ non percussa sunt, tame adusta cernun/ tur. Quædā uero uelut fulgīne colorant. Quid q̄ oībus fulguratis odor sulphureus est. Ergo & utrāq; rem ignem esse cōstat, utrāq; rem inter se meando distare. Fulguratio est fulmen, nō terras uīcū perlata. Et rursus licet dicas fulmē esse fulgurations, uīcū in terras perductas, non ad exercendū uerba hæc diutius p̄tracto, sed ut ista cognata esse, & eiusdem nota ex natura probem. Fulmen est quiddā plus, q̄ fulguratio, uertamus istud. Ful/ guratio est pene fulmē, quoniam constat esse utrāq; rem ignem, videamus quēadmodum apud nos fieri soleat ignis. Eadem enim ratione & supra fit, duobus modis. Vno, si exci- tatur sicut ex lapide. Altero, si attritu inuenitur, sicut cum duo ligna inter se diutius trita sunt. Non omnis hac tibi materia præstabit, sed idonea eliciētis ignibus, sicut laurus, he- dera, & illa in hunc usum nota pastoriibus. Potest ergo fieri, ut nubes quoq; ignē eodem modo uel percussa reddant, uel attrita. Videamus quantis procella uīribus ruant, quanto uertantur impetu turbines. Id in quo tormentū obuiū fuit, dissipatur, & rapitur, & longe a loco suo proiecitur. Quid ergo mirum, si tanta uis excutit, uel aliud, uel libis? Vides enim quantū feruorem sensu corpora sunt, horum transitu trita, uita examinata. Nihil tamē tantum in his debet credi, an in syderum, quorū ingens & confusa potentia est. Sed fortasse nubes quoq; in nubes incitata siemēte uento, & leviter urgente, ignē euocabunt, qui explēdetcat, nec exiliat. Minore enim uī ad fulgurandum opus est, q̄ ad fulmi- nandum. Superioribus colliginus, in quantū feruorem quadam astricta pdūcentur. Cum autē aer mutabilis in ignem, maximis uīribus suis in ignem uersus est, attēratur, credibile est, & uerisimile ignem ad uacuum excutit, & cito interterritū, quia nō ex solidā materia ori- tur, nec in qua possit consistere. Tranfit itaq;, tantumq; habet morā, quantum itineris, & cursus sine alimento coniectus est. Quomodo, inquis, cum dicatis hanc ignis esse natu- ram, ut petat superiora, fulmen tamen terrā appetit, aut falsum est quod deinde dixisti? Est enim illi aequa sursus iter atq; deorsum. Vtrūq; uerum potest esse. Ignis enim natu- ra in uerticem lurgit. Et si nihil illum prohibet, aſcedit. Sicut aquæ natura defert. Si ta- men aliqua uis accedit, quæ illam in contrariū circumageret, illo intenditur, unde & im- bre deiecta est. Fulmen autē eadem necessitate qua excutitur. In his ignibus accidit quod arboribus, quarum cacumina si tenera sunt, ita deorsum trahi possunt, ut etiam terra at- tingant, sed cum permiseris, in locum suum exilient. Itaq; non est, q̄ eum species cuiuslibet habitum, qui illi non ex voluntate est. Si ignem permittiſſis ire quo uelit, eolum id est leuis simi cuiuslibet, sedem repetet, ubi em̄ aliud est, quod eū ferat, & ab impetu suo attrahat, id nō natura, sed seruitus eius fit. Dicis, inquit, nubes attritas edere ignem, cū sint humidæ, immundæ, quomodo ergo possunt gignere ignē, quē non magis uerisimile est ex nube, q̄ ex aqua generari? Ignis qui nascitur, primū in nūbulis non est aqua, sed aer sp̄issus ad gignendā aquā præparatus, nondū in illā mutatus, sed iam pronus & uergens. Nō est q̄ ea existimes tunc colligi, sed effundi. Simul fit, & cadit. Deinde si cōcessero humidā esse nubē, coceptis aquis plenā, nihil tamē prohibet ignē ex humido quoq; educi, immo ex ipso (quod magis mireris) humore. Quidā negauerunt in ignē quicq; posse mutari, pri- uis mutatū efflet in aquā. Poteſt ergo nubes, salua quā continet aqua, ignē parte aliqua sui reddere, ut saepe aliqua pars ligni ardēt, alia sudat. Nec hoc dico, non cōtraria inter se ista esse, & alterum altero perimī. Sed ubi ualētior ignis, q̄ humor est, uincit. Rursus cū copia humoris exuperat, tunc ignis sine effectu est. Itaq; non ardēt uirentia. Refert ergo

Art̄ alia
Laurus &
hedera ig/
nē ex le dat

L 2 quantum

Ait Immo quantum aquæ sit. Exigua enim uis non resilit, nec ignem impedit. Quid nō? Auorum nostrorum memoria, ut Posidoni tradit, cum insula in Egeo mari surgeret, spumabat interius mare, & fumus ex alto cerebatur. Nam demū prodebat ignem, non continuit, sed ex interuallis emicantem, fulminis more, quoties ardor inferius iacentis, superū pondus evicerat. Deinde faxa reuoluta rupeſq partim illaſe, quas spiritus anteſq uerteretur expulerat, partim ex ea & in levitate pumicis uerſa. Nouissime cacaumen exuſti motis emicuit. Postea altitudine adiectum & faxum illud in magnitudinē insula creuit. Idem nostra memoria, Valerio Asiatico consule iterum accidit. Quorsus hoc retulit: ut appareret nec extinc̄tū ignē mari ſupfuso, nec impetū eius, grauitate ingentis unda prohibitus, exire. Ducentorū paſtuſ ſuſſe altitudinē Asclepiadotus Posſidoniū auditor tradidit, p̄ quam diruptis aquis ignis emerſit. Quod si immēſa aquarū uis, ex imo ſubeunte uim nō potuit opprimere, quanto minus in ea extinguere ignem poterit, nubium tenuis humor & roſcidus? Adeo res iſta nō habet illam morā, qua contra cauſas ignium fit, quos nō uidemus emicare, niſi impendētē cōelo, ſeruū ſine fulmine eſt. Non habet iſtos motus diſperſus, nec nox quidem niſi obſcura nubibus. Quid ergo? Num aliquando etiā apparet in ſtelliſ, & nocte tranquilla, fulgurat? Sed ſciſ ſicut nubes illiſ eſſe, unde ſplendor effertur, quas uideri a nobis terrarū tumor non ſinit. Adiſce nūc, quod fieri potest, ut nubes ſumma & humiles attritu ſuo ignem reddat, qui in ſupiora expressus, parte ſyncera puraq̄ coeli uifatur, ſed fit in ſordida. Tonitrua diſtinxeſ ſquidam ita, ut dicent, unum eſſe genus, cuius ſit graue murmur, quale terrarum motū antecedit clauſo uento fremēti. Hoc quomodo illiſ uideatur fieri, dīcam, cum ſpiritu inter ſe clauſe nubes, in concuſiis partibus earum uolutatis aer, ſimile mugitibus ſonū raucum, & aqualem, & contumum. Itaq̄ ubi etiam illa regia humida eſt, exitum claudit. Ideo huiusmodi tonitrua uēturi prænūcia imbris ſunt. Aliud genus eſt acre, quod acerbum image dixerim ſq ſonū, quem audire ſolemus, cum ſup caput aliciuſ dirupta uelica eſt. Talia edunū tonitrua, cum globata diſſoluitur nubes, & ſpiritu quo diſtēta fuerat emittit. Hoc proprie fragor diſcitur, ſubitus & uehemens. Quo edito cōcidunt homines & exanimantur. Quidā uero uiuſtupent, & in totum ſibi excidunt. Quos uocamus attonitos, quorū mētes ſonus ille coeleſtis loco repulit. Hoc fieri illo quoq̄ modo potest, ut inclusus aer caua nube & motu ipſo extenuatus diſfundatur. Deinde cū maiore ſibi locū querit, a quibus inuolutus eſt, ſonum patit. Quid aut̄? quemadmodū illiſ ſe manuſ inter ſe plauſum edunt, ſic illiſarū inter ſe nubū ſonus potest eſſe magnus, quia magna concurrit inter ſe. Videamus, inquit, nubes impingi motibus, nec ſonū fieri. Prīmū omniū nō quoq̄ modo im pulſa ſunt tonat, fed ſi apta ſunt & compoſita ad ſonū edendum. Auerſa inter ſe manuſ collifa ſo plaudit, ſed palma cum palma collata plauſum facit. Et plurimū interēt, utrū caue cōciuantur, aī plana & extenta. Deinde nō tantum nubes ire oportet, ſed agi magna uī & procelloſa. Etiam mons nō ſcindit nubem, ſed digerit, & propriam quāq̄ partem eius ſoluit. Nec uelica quoq̄ modo ſpiritum ſonat. Si ferro diuifa eſt, ſine ullo aurum ſenſu exit. Rumpi illa ſo oportet ut ſonet, non ſecari. Idem de nubibus dico. Niſi mul- to impetu diſſoluita, non ſonant. Adiſce nūc, q̄ nubes in monte aere non franguntur, ſed circuſfunduntur in aliquas partes montis, arborē ramos, frutices, aſpera faxa, & eminentia. Et ita diſcuituntur, & ſi quem habent ſpiritu & multifarīa emittunt, qui nō uniuersus erumpit & crepat. Hoc ut ſciſ, uentus qui circa arborē funditur, ſibilat, nō tonat. La- to (ut ita dicam) ſciu, & totum globum ſemel diſſipante opus eſt, ut ſonitus erumpat, qua- lis auditur cum tonat. Prater hac natura aptus eſt aer ad uoces. Quid nī, cum uox nī ſihi aliud ſit, q̄ iſius aer? Debet ergo nubes utriq; inſeri, & caua & intenta. Vides em̄ quanto calidiora ſunt vacua q̄ plena, quanto intenta, q̄ remiſſa. Item tympana & cym- bala ſonant, quia illa repugnantē ex ulteriore parte ſpiritu pulsant. Hac ad ipſum aerem aſta, niſi concavo nō tintinnunt. Quidā, inter quos Asclepiadotus eſt, iudicant ſic quorū/ dam quoq̄ corporū concurſu tonitrua & fulmina excuti poſſe. Aetna aliquando multo igne abundauit. Ingentem uim arentis effudit. Inuolutes eſt dies puluere, popu- loſeſ ſubita nox terruit. Illo tempore aiunt tunc plurima ſuſſe tonitrua & fulmina. Quae concurſu aridorum corporum facta ſunt, non nubium, quas uerisimile eſt, in tanto ardor/ re aeris

te aeris nullas fuſſe. Aliquando Cambis ad Ammonem misit exercitum, quem arena auroſto moſa, & more niuī ſiſcens, teſtit. Deinde obruit, tunc quoq̄ uerisimile eſt fuſſe tonitruū fulminaq; attritu arena ſe affricat̄. Non repugnat proposito noſtro iſta opī nio. Diximus enim utriuſq; natura corpus efflare terraſ, & ſicci aliquid & humidū in to- to aere uagari. Ita ſi quid tale interuenit, nubem facit ſolidiorem craſtoremq; q̄ ſi tantū ſimpliſ ſpiritu intexeretur. Illa frangi potest & edere ſonum. Iſta qua dixi ſue incendijs vaporatibus aera repleuerint, ſue uentis terraſ uertetibus, neceſſe eſt nubem faciat an- teſq ſonum. Nubes autem tam arida q̄ humida eſe ceneſtur. Eſt autem nubes (ut dixi- mus) ſpiffiſtudo aeris craſi. Caterum mira fulminis ſi intueri uelis opera, ſunt, nec quicq; dubiū relinquentia, quin diuina inſit illis & ſubtilis poſtēta. Loculi integris ac illeſis coſta tur argētum. Manete uagina, gladius liqueſcit. Et inuolato ligno, circa pila ferrum om̄e diſtillat. Stat fracto dolio uinum, nec ultra triduum rigor ille durat. Illud aque inter an- notāda ponas. Licit quod & hominū & ceterorum animaliū qua iſta ſunt caput ſpeſ etat ad exitum fulminis, quod omniū percuſſarum arborum contra fulmina haſtilia fur- gūt. Quid quod malorum ſerpētū & aliorum animaliū, quibus mortiſera uis inefi, cū fulmine iſta ſunt, uenenum omne coſumitur? Vnde, inquit, iſis? In uenenaſis corpibus uermis nō naſcitur. Fulmine iſta, inter paucos dies uermiñat. Quid quod futura porten- dūt, nec unius tūtum aut alterius rei ſigna dāt, ſed ſape lōgum fatorum ſequētū ordi- nem nūciant. Et quidem certis euidentibus, lōgeq; clarioribus, q̄ ſi ſcriberetur. Hoc autē inter nos & Tuscos, quibus ſumma perfeſeſdorum fulminis eſt ſciētia, interēſt, nos pu- tamus quod quia nubes collifa ſunt, ideo fulmina emittat, ipſi exiſtimat nubes collidi ut fulmina emittat. Nam cum omnia ad deum referant, in ea ſunt opinione, tanq; non ga- ſta ſunt, ſignificat, ſed qua ſignificatura ſunt, ſtant. Eadem tamē ratio ſunt, ſue illis ſi- gnificare propositum eſt, ſue coſequens. Quomodo ergo ſignificat, niſi a deo mittant? Quomodo aues nō in hoc mota, ut nobis occurreret, dextrum aufſpicium ſuſtrumue fecerit. Et illas, inquit, deus mouit. Niſi illū ſuum oſcioſum & puſilla rei miniſtrum facit, ſi alijs ſomnia, alijs ſi cetera diſponit. Ite in hilomitem diuina ope geruntur. Si a deo pen- nae auſum regūt, nec pecudum uilſera ſub ipſa ſecuri formātūr. Alia ratione fatorum ſeri- es explicatur, in diſtinctiū ubiq̄ p̄mitit, ex quibus nobis quadam familiaria, qua- dam ignota ſunt, quicquid fit, aliciuſ rei futura ſignum eſt, fortuita & ſine ratione uaga diuinationem no recipiunt. Cuius rei ordo eſt, etiā prædictio eſt. Cur ergo aquila hic ho- nor datus eſt, ut magnarum rerum faceret aufſpicio? Aut coruo, aut aufſpicium aubus, & cetera ſi ſine praſagio uox eſt? Quia quædam in artem nondum redacta ſunt. Quæda- uero ne redigi quidem poſſunt, ob nimium remotam cōuerſationem. Ceterū nullū ani- mal eſt, quod nō motu & occurſu ſuo prædicet aliquid. Nō omnia ſciſ, ſed quæda no- tantur. Aufſpicium eſt obſeruatiū. Ad eum itaq; pertinet, qui induxerit animū. Ceterum & illa qua pereunt. Quinq; ſtellarum poſtates Caldeorum obſeruatio excepit. Quid tu tot milia ſyderum iudicas ſine cauſa lucre? Quid eſt porro aliud, quod errorem in- ciat perit natalium, q̄ quod paucis nos ſyderibus assignat, cum oia qua ſupra nos ſunt, partem ſibi noſtri uindicent. Submiſſiora in nos propius uim ſuam diſrigit, & ea qua fre- quentius mota, alter nos, alter animalia proſpiciunt. Ceterū & illa qua aut ſi mōta ſunt, aut propter uelocitatē ſi uinero ſuo mōdo pareat, immotis ſimilia, nō extra ſus dominū ſo ſtri ſunt. Aliud aſpice & diſtributis rem eſſicis tractas. Non magis autem facile eſſe, quod poſſunt, q̄ dubitari debet, an poſſint. Nunc ad fulmina reuertamur, quorum ars in tria diuiditur. Quemadmodū exploremus, quemadmodū interpretēmus, quemadmo- dū exoremus. Prīma pars ad formula ſpectat, Secunda ad diuinationē, Tertia ad ppiciā- dos deos, quos bona rogare oportet, mala deprecarī. Rogare, ut promiſſa ſirmet, Pra- ca- ri, ut remittat minas. Summa eſſe uim fulminis iudicant, quia quicquid alia portendunt, interuentus fulminis tollit. Quicquid ad hoc portendit, ſixum eſt, nec alterius ostentit ſi- gnificatione minuitur. Quicquid exta, quicquid aues minabuntur, ſecondo fulmine abo- lebitur. Quicquid fulmine denunciatum, nec exiſtis, nec aue coſtraria refellitur. In quo mi- hi falli uidentur. Quare? Quia ueris uerius nihil eſt. Si aues futura cecinerunt, nō poſteſt hoc aufſpicium fulmine irritum fieri. Aut ſi poſteſt, non futura cecinere. Non enim nūc

Naturā ful-
minis atq;
de.

Ait exiſtu-

Aues qua-
ſi faciunt au-
ſpicio,

* Ars fulmi-
ni trifariā
diuiditur.

An fata
q
piam cau-
mentur

auem comparo & fulmē, sed duo ueri signa, quæ si unum significat, paria sunt. Itaq; quod fulminis interuersus submouet, extorum uel augurum iudicia, male inspecta, male obseruata, auguria sunt. Non enim refert utrius rei species maior uel potentior natura sit, sed utra res ueri attulit signum, quantum ad hoc per est. Si dicas flamma uim maiorem esse q̄ fumi, nō mentieris. Sed iudicandum, an in igne idem ualeat flamma, quod fumus. Itaq; hoc dicunt, quoties extra aliud significabūt, aliud fulmina, fulminū erit autoritas maior, fortasse cōsentiam, sed hoc dicunt. Quamvis altera signa uerū prædixerit, fulminis ictus priora deleuit, & ad se fidem traxit, fallum est. Quare, quia nihil interest, q̄ multa auspiciā sunt, fatum unum est. Quod si bene, nec primū auspicium intellectum est, secundū non interit. Ita dico, non refert, an aliud sit per quod querimus, quoniam de quo querimus, id est fatum, fulmine mutari nō potest. Quid nō? Nam fulmen ipsum fati pars est. Quid ergo expiations, procuracionesq; quo pertinet, si mutabilia sunt fata? Permitte mihi illa rigidam sectam tueri eorum, qui excipiūt ista, & nihil aliud esse existimat fata, & egramentis solitaria. Alterius ius suū peragit, nec ulla cōmonentur prece, nō misericordia flectitur, nō gratia. Seruant cursum irreuocabilem, ingesta & destinata fluit. Quemadmodū rapidorum aqua torretium in se non recurrat, nec moratur quidem, quia priorem superuenies præcipitat, si ordinem fati aeterna series regit, cuius hæc prima lex est, stare decreto. Quid enim intelligis fatum? existimo necessitatem rerum omnī actionūq; quā nula uis rumpat, hanc sacrificijs, & capite niuea agna exorari iudicas? Diuina nō nosti. Sapientis quoq; uiri sententiam negatis posse mutari. Tanto magis dei, cum sapientis quid sit optimū in prælentiā sciat, illius diuinitati omne præfens sit. Agere tamē nū eorum uolo causam, qui procuranda existimat fulmina, & expiations nō dubitant prodeſe, alii quando ad submouenda pericula, aliquando ad lenienda, aliquando ad differenda. Quid sit quod sequatur, paulo post prosequar. Interim hoc habent cōmune nobiscū, quod nos quoq; existimamus uota proficere, salua uia ac potestate fatorum, quedā enim a diis immortalibus, ita suspēta, relicta sunt, ut in bonis ueritatib; si admotæ Diis preces fuerint, si uota suscepint. Ita nō est hoc cōtra fatum, sed ipsum quoq; in fato est. Aut futurū, inquit, est, aut nō. Si futurū est, etiam si nō suscepint uota, fieri. Si nō est futurum, etiam si suscepint uota, nō fieri. Falsa est ista illatio, quia illa medium inter ista exceptionē præteris. Futurū, inquit, hoc est, sed si uota suscepta fuerint, hoc quoq; necesse, inquit, est, fato comprehendunt, ut aut suscipiant uota, aut nō. Puta me tibi manus dare, & fateri hoc quoq; fato esse comprehensum, ut utiq; fiat uota. Ideo fient. Fatum est, ut hic difterit sit, sed si litteras dicit, ab eodem fate cotinetur, ut litteras dicas, idem dicas. Hic diues erit, sed si nauigauerit. At in illo fati ordine, quo patrimoniuū illi grande promittit, hoc quoq; protin' ad fatum est, ut nauiget, idem nauigabit. Idem dico tibi de expiationsibus. Effugiet pericula, si expiatur predictas diutius minas. At hoc quoq; in fato est, ut expiat. Ideo expiat. Ista nobis opponi solent, ut probetur nihil uolūtati nostra relīctum, & omne ius fati traditū. Cū de ista re agetur, dicam, quemadmodū manēte fato aliquid sit in hominis arbitrio. Nunc uero id de quo agitur, explicauī, quomodo si fati certus est ordo, expiations, propiciationsq; prodigiorum pericula auertant, quia cum fato non pugnant, sed ipsa in lege data sunt. Quid ergo, inquis, aurupex mihi prodest? Vtique expiare etiam nō suadente illo mihi necesse est, hoc prodest, quod fati minister est. Sicut cum sanitas uideatur esse fato, debetur & medico, quia ad nos beneficium fati per huiusmodi manus uenit. Genera fulminū tria esse ait Cecina. Cōsiliarium, Autoritatis, & quod status dicit. Consiliarium ante rem fit, sed post cogitationem, cum aliquid in animo cogitatibus, aut suadet fulminis ictu, aut dissuadet. Autoritatis est, ubi post rem factam uenit, quum bonam fortunam malamque significat. Status est, ubi quietus nec ageribus quicq; nec cogitatibus quidem fulmen interuenit. Hoc aut minatur, aut permittit, aut mouet. Hoc monitorium uocat, sed nefcio quare, non idem sit, quod consiliarium. Nam & qui monit cōsiliū dat, sed habet aliquam distinctionem. Ideoq; separatur a cōsiliario, quia illud suadet, dissuadetq; hoc solam impendens periculi uitiationem continet. Vt cū timemus ignem aut fraudem a proximis, aut insidias a seruis. Etiam nunc tamen aliam distinctionem utriusq; video. Consiliarium est, quod cogitanti factum est. Monitorium, quod n̄ hil cogitanti

hil cogitanti. Habet autē utraq; res suā proprietatem. Suadetur deliberantibus, & ultro monetur. Primo omnī non sunt fulminū genera, sed significationum. Nam fulminū genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod urit. Quod terebrat, subtile est & flā meum, cui per angustissimum fuga est, ob synceram & puram flammatē tenuitate, quod dissipat, congregatum est, & habet commixtam uim spiritus coacti & procellos. Itaq; illud fulmen per id foramē, quod ingressum est, reddit & euadit. Fluit late sparsa uis, n̄ pīcta, nō perforat. Tertium illud genus, quod urit, multum terreni habet, & igneum magis est q̄ flameum. Itaq; relinquit magnas ignium notas, quæ percussis inhaerant. Nullum quidem sine ignī fulmen uenit. Sed hoc proprie igneum dicimus, quod manū festa ardoris signa imprimit. Quod aut urit, aut fuscatur. Trib⁹ modis urit. Vrit, fuscatur, aut afflat, & leui iniuria ludit, aut cōburit, aut accendit. Omnia ista urunt, sed generē & modo differunt. Quodcumq; combustum est, utiq; & ustum est. At non omne quod ustū, utiq; & combustum est. Item quod accensum est. Potest enim illud ipso transtū ignis usū. quis nescit utrū quid, nec ardore? Nil autem potest ardore, quod nō uratur. Vnū hoc adiūciam. Potest aliquid esse combustum, quod non sit accensum. Potest accēsum esse, nec combustum. Nunc ad id transeō genus fulminis, quo ic̄ta fuscatur. Hoc autem decolorat. Vtric⁹ distinctionem suam reddam. Decoloratur id, cuius color uitiat, nō mutatur. Colorat id, cuius alta sit q̄ facies, tanq; cerulea, uel nigra, uel pallida. Hac adhuc Aetruſci philosophis cōmunia sunt. In illo dissentiunt, quod fulmina dicūt a loī ue mīti, & tres illi manubias dant. Prima (ut aiunt) monet & placata est, & ipsius confilio Louis mittit. Secundam mittit quidem Iupiter, sed ex consilij sentētia. Duodecim enim deos aduocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit, sed tunc quoq; non aliter q̄ ut noceat, quæ prodest quidem, sed non impune. Tertiā manubiam idem Iupiter mittit, sed adhibitis in consilium, quos Diis superiorēs & inuolutoſ uocant. Quæ uastat & includit, & inique mutat statum priuatū & publicū, quem inuenit. Ignis enim nihil esse, quod sic patitur. In his primā speciem si intueri uelis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est, q̄ credere fulmina & nubibus louem mittere, columnas, arbores, statuas suas nōnūnq; petere, ut impunitis sacrilegij, pcussis ouibus, incensis aris, pecudes innoxias feriat, & ad suum concilium a loue deos, quāsi in ipso partū consilij sit, ad uocari, illa laeta & placata esse fulmina, quæ solus excutiat, pñciosa, quibus mittedis major numerū turba interfuit. Si quaris a me, quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse, ut crederent louem, aut non aquæ uoluntatis, aut certe minus paratum esse. Vtrum enim tunc cum emisit ignes, quibus innoxia capitā percuteret, scelerata transiret, aut nō luit iustus mittere, aut non successit? Quid ergo fecuti sunt, cum hoc dicent? Ad coercendos animos imperitorum sapientissimi uiri, indicauerunt ineuitabilem metum, ut supra nos aliquid timeremus. Vtile erat in tanta audacia scelerum esse, aduersum quod nem̄ sibi sat̄ potens uideretur. Ad conterendos itaq; eos, quibus innoxentia nisi metu non placet, posuere super caput iudicem, & quidem armatum. Quare id solum fulmē quod Iupiter mittit, placabile est. Pernicioſum id, quod alijs quoq; Diis autoribus mittit. Quia louem, id est regem, prodest etiam solum oportet, nocere nō, nisi cū pluribus uisum est, discant hi quicq; magnā potentia inter homines adepti sunt, sine cōſilio nec fulmē quidē mittit. Aduocet, cōſideret, multorū sentētia nō nocitura tēperent, & hoc sibi pponat, ubi aliqd p̄cuti debet, ne loui quidē suū satis esse cōſiliū. In hoc quoq; tamē imperit nō fuere, ut louē existimaret tela mutare, poetica ista licentia decet. Est aliud leuitus fulmē, cui dextra cyclopū. Sauitiae flammæ minus, min⁹ addidit ira. Tela uocat super. Illos uero altissimos uiros error iste nō tenuit, ut existimaret louē modo leuitibus fulminibus & luso ijs tellis uti. Sed uoluerit admonere eos, qbus aduersus peccata hominū fulminandū est, nō eodē modo oia esse p̄cutienda, quædā frangi debere, quædam eligi & distingui, quædā admoneri. Ne hoc qđē crediderit, louē esse qualē in capitolio & in cæteris aedibus uidemus, mittere manū fulmina, sed eundē quē nos louē intelligūt, custodē rectoreg uniuersi, animū ac spm mūdi huius opis dñm & artificē, cui nomen oē couenit. Vis illū fatum uocare? Non errabis. Hic est, ex quo suspēta sunt omnia, ex quo

Aetruſci
ftula opis
nio.

Refellit ea
opinio

Alt⁹ uindū
cem

Alt⁹ placita

Fulmina p
petua & p
rogatiua.

Varia diu/
sio fulminu

alti tollunt

Atri Attal

sunt omnes causa causarum. Vis illum prouidentia dicere recte dicens. Est enim, cuius coris filio huic mundo prouidetur, ut incoccus exeat, & actus suos explicit. Vis illum natum uocare? Non peccabis. Est enim, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu uiuimus. Vis illum uocare mundum? non falleris. Ipse enim est, totum quod uides, totus suis partibus inditus, & se sustinens & sua. Ide & Aetruſci uisum est, & ideo fulmina a loue mitti dixerunt, quia sine illo nihil geritur. At quare Iupiter ferienda transit, aut innoxia ferit. In maiorem me quaſtione uocas, cui suus locus, suus dies dandus est. Interim hoc dico, fulmina non mitti a loue, sed sic omnia dispolita, ut ea etiam quae ab illo non fiunt, tamen sine ratione non fiunt. Vis corum, illius permisso est. Nam & si Iupiter illa nunc non facit, Iupiter non fecit, ut non fierent. Singulis non adest, sed signū & uim & curam dedit omnibus. Huic illorū diuisioni non accedo. A iunt aut ppetua & finita esse fulmina; aut progratiua. Perpetua sunt, quorum significatio in totam uitam perficit, non unam rem id enunciatur, sed contextū rerum p̄ omnem, deinceps atē futuram cōpēctitur. Hac sunt fulmina, quae proprio accepto patrimonio, & in nouo hominis aut orbis statu fiunt. Finita ad diē utiq̄ respondent. Prorogatiua sunt, quorū mina differri possunt, auerti tolliq̄ non possunt. Di cam quid sit, quare huic diuisioni non consentiam. Nam & quod perpetuum uocant fulmen, finitum est. Aequae enim talia ad diēm respondet. Nec ideo finita non sunt, quia mul tum tempus significant. Et quod prorogatiū uidetur, finitum est. Nam illorū quoq̄ confessio certum est, quoq̄ impetraret dilatio. Priuata em̄ fulgura negant ultra decimū annū, publica ultra tricēsimū posse differri. Hoc modo & ista finita sunt, quia ultra quod non prorogarentur inclusum est. Omniū ergo fulminū & omnis eventus dies statuta est. Non potest enim illa incerti esse comprehēsio. Quae inspicienda sint in fulmine, passim & usage dicunt, & sic passiones eorum debere diuidi, quemadmodū ab Attalo philoso pho, qui se huic disciplina dederat, diuisa sunt, ut inspiciant ubi factum sit, quādo, cui, in qua re, quale, quantum. Hac si digerere in partes suas uoluero, quid postea faciat in im mensum procedam. Nunc nomina fulgurū, quae a Cecina ponuntur, aperte stringā, & quid de his sentiam, exponam. Ait enim postulatoria, quibus sacrificia intermisca, aut non rite facta repetuntur. Monitoria, quibus docetur, quid caudū sit. Pestifera, quae mortem exiliumq̄ prætendit. Fallacia, quae per speciem aliuī boni nocent. Dant consula tum malo futurum gerentibus, & hæreditate, cuius compendium magno sit luendū in cōmodo. Dentanea, quae species periculi sine periculo afferunt. Parentalia, quibus inclūlunt priorum fulminū mina. Attestata, quae prioribus cōsentit. Artencata, quae inclūlunt priorum fulminū mina. Obruta, quibus iam prius percussa nec procurata feriuntur. Regalia, quorum uitangunt, uel comicium, uel principalia urbis. Libere loquar, quorū significatio regnū ciuitati minatur. Inferna, cum terra exiliunt ignes. Hospitalia, quae sacrificijs ad nos louē arcescūt, & (ut uerbo eorum meliori utar) inuitant. Huc uenire cum magno inuitantium periculo affirmat. Auxiliaria, quae aduocata dicitur, sed aduocatiū bono ueniūt. Quād plūmīor diuīsio est, qua utebat † Araldus noster egregius vir, qui Aetruſcorū disciplinam græca subtilitate misuerat. Ex fulminib⁹ quādam sunt, quae significat id, quod ad nos pertinet. Quādam aut nihil significat, ut id, cuius intellectus ad nos non peruenit. Ex his quae significat, quādam sunt lata, quādam sunt aduersa, quādam nec aduersa nec lata. Aduersiorum hæ spes sunt. Aut ineuitabilita mala portendit, aut ineuitabilita, aut quae minui possunt, aut prolongari. Lata aut mansura significant, aut caduca. Mixta aut habent partem boni, aut mali, aut mala in bonum, aut bona in malum uertit. Nec aduersa neclēta sunt, quae aliquam nobis actionem significant, qua terri nec latari debemus, aut peregrinationem in qua nec metus, nec spes quicq̄ sit. Reuertar ad ea fulmina, quae significant quidem, sed quod ad nos non pertinet. Tancq̄ utrum eodem anno idem futurum sit fulmen, quod factum est. Nihil significat fulmina, ut id cuius noticia nos effugit, ut illa quæ in vastum mare sparguntur, aut in desertas solitudines, quorū significatio uel nulla est, uel perit. Pauca adhuc adiūciam ad enarrandā uim fulminis, quae non eodem modo omnem materiam uexat. Valentiora quae resistit, uehementius dissipat, cedetia nonnunquam sine iniuria transit. Cum lapide ferroq̄ durissimis quibusq̄ configit, quia uiām ne

ibit, nec extabit, sed aquabit aqua, & natabit quidem, sed pene merita ac nulla eminet parte. Hoc est cur quædam tigna supra aquam, pene tota, effrantur, quedam ad medium submersa sint, quædam ad aequilibrium aqua, quædam descendant. Namque cum utriusque pondus pars est, neutrag res alteri cedat, grauiora descendant, leuiora gestantur. Graue autem & leue est, non estimatione nostra, sed comparatione eius quo uehi debet. Ita quæ ubi aqua grauior est, hominis, corporis, aut faxi, non sinit id quo non uincitur mergi. Sic evenit, ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant. De solidis & duris loquor. Sunt enim multi pumicis & leues, ex quibus que constant insulae in India nataent. Theophrastus est auctor ipse, ad Cutillam natantem insulam uado, in alia in uado sis lacu uehitur. Lacus in statione Nil est, Cutillarum insula, & arbores habet & herbas nutrit, cum aqua sustinetur. Et in hanc atque illam partem non tantum uento impellitur sed aura, Nec unquam illi per diem & noctem in uno uno loco statio est, adeo mouetur leui flatu. Huic duplex causa est. Aqua grauitas medicata, ob hoc pöderosa, & ipsius in sole materia uectibilis, que non est corporis solidi, quævis arboreis alat. Fortasse enim leues truncos frondesq; in lacus sparbas pinguis humor apprehendit, ac uinxit. Itaque etiam si qua in illa faxa sunt, inuenies aquos & fistulosas, qualia sunt quæ duratus humor efficit utique circa medicatorum fontium riuos, qui ubi purgamento aquarum coauerunt, & spuma solidae, necessario leue est, quod ex uentolo inanis concretum est. Quorundam causa non potest reddi, quare aqua nilotica foecundiores foeminas faciat, adeo ut quarundam uiscera longa sterilitate praæclusa, ad conceptum relaxauerit. Quare quædam in Lycaea aquæ conceptus foeminaru custodiunt, quas solent petere, quibus parum tenax uulsa est. Quid ad me attinet, Pono ista inter temere vulgata. Creditum est quædam aquas scabiens auferre corporibus, quædam utiliginem & foedam ex alio uarietatem, siue infusa siue pota sit, quod uitium dicunt habere aquam ex rore collectam. Quis non grauissimas esse aquas credit, que in crystallum coeunt. Contra autem esse tenuissimas, hoc emen evenit, quas frigus ab ipsa tenetum facilime gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapsus, apud græcos ex ipso nomine apparet. Crystallum enim appellant aque hunc periculum latidem, quam illam glaciem, ex qua fieri creditur. Aqua enim celestis minimu in se terreni habens, cu[m] induxit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis, donec omni aere exclusio in se tota comprehensio est, & humor qui fuerat, lapsus effectus est. Aestate quædam flumina augmentur, ut Nilus, cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est auctor, in Ponto quoque quædam annis crescere tempore aestiuo, quatuor esse iudicat causas. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra sit, aut quia maiores in remoto imbris sunt, quorum aqua per secretos cuniculos redditu tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus uentis hostium ceditur, & reuerberatur fluctu, amnis restitutus qui crescere uidetur, quia non effunditur. Quarta ratio est syderum. Hæc enim quibusdam mensibus magis urgent, & exhausti flumina, cum longius recesserunt, minus consumunt, atque trahunt. Itaque quod impedit solebat, id in incremento accidit. Quædam flumina palam in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur. Quædam consumunt paulatim & intercidunt, eadem ex interuallo revertuntur, recipiuntque & noment & cursum. Causa manifesta est. Sub terra uacat locus. Omnis autem natura humor ad inferius & ad inane defertur. Illo itaque recepta flumina cursus egere secreto. Sed cum primu aliiquid solidi quod obstatet occurrit, prærupta parte, quæ minus ad exitu repugnabat, repetiere cursum suum. Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatus, Existit procul hinc, alioque renascit ore. Sic modo cum bibitur tactio modo gurgitus lapsus, Redditur argolicis ingens Erasinus in undis. Idem & in oriente Tigris facit, absorbetur & defuderatos diu tandem longe remoto loco purgamenta efficit, ut Arethusa in Sicilia, quinta quoque aestate per olympia. Inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usque penetrare, & agere sub mare cursum, nec ante quæ in Siracusano littore emergere. Ideoque his diebus olympia sunt. Vi etiam in sterius secundo traditum flumine illuc redundare. Et hoc & a te traditum est, ut in prima parte Lucili charissime, & a Vergilio qui alloquitur Arethusan. Sic tibi cum fluctus subter labere sicanos, Doris amara suam non intermisceat undam. Est in cheroneesso Chodorum fons, qui post magnum interuallum temporis foeda quædam turbidus ex intimo fundat,

fundat, donec liberatus eliquatuscque est, hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum, sed folia testasque & quicquid putre faciunt, expellant. Vbiq; autem facit mare cui hæc natura est, ut omne immundu stercorosumq; littoribus impingat. Quædam vero partes mariis id certis temporibus faciunt, ut circa Messenam & Iunulas. Finium quidem Sylæ turbulentæ auis mare profert, feruetque & exæstuat, non sine colore foedo. Vnde illic stabulare solis boues fabula est. Sed difficilis ratio est quorundam, utique inibi tempus eius uel de qua queritur inobseruat, sed incertus est. Itaque proxima quidem intentioni & uici na non potest causa, cetera publica est illa. Omnis aquarum stantium claustrisque natura se purgat. Nam in his quibus cursus est, non possunt uitia consistere, quæ sua uis defert & exportat. Illa quæ non emittunt, quicquid infudit, magis minufue astuant. Mare vero cadavera stramenaque & naufragorum reliqua similia ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctus, sed tritiquillum quoque placidumq; purgatur. Sed monet me locus, ut quædam cum fatalis dies diluvij uenerit, quemadmodum magna pars terrarum undis obruator. Vtrum oceani uitribus fiat, & externum in nos pelagus exurgat, an crebri siue intermissione imbris, & elisa aestate hyems pertinax, imenam uim aquarum ruptis nibus diruit. An flumina telias largius fundat, aperiatisque fontes nouos, aut non sit una tantum malo causa, sed omnis ratio contentat, & simul imbris cadant, flumina increaserint, maria sedibus suis excita percurrent, & omnia nouo agmine ad exitum humani generis incombant. Ita est, Nihil difficile est natura, utique ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parce uitiribus, dispensatque se incrementis fallentibus, subito ad ruinam tota impetu uenit. Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans. Quantis laboribus tueretur, educatur, quam diligenter nutrimento obnoxium novissime corpus adgelet, ut quam nullo negotio solutor. Urbes constituit artas, hora disoluti. Momento fit cinis, si uila. Magna tutela stant aut uigent omnia, cito ac repente dissiliunt. Quicquid, ex hoc statu rerum natura fluxerit, in exitum mortalium satius est. Ergo cum affuerit illa necessitas temporis, multa simul fata causas mouent, nec sine concussione mundi tanta mutatio est, ut quidam putant, inter quos Fabianus est. Primo immodici cadunt imbris, & sine ullis solibus triste nubilo ecclœm est. Nebulæ continua, & ex humido spissa caligo. Nunquam excentibus uenit, inde uitium satius est, segetum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis que seruntur manu palustris omnibus campis herba succrescit, mox iniuriam & ualidiora sensere. Solutis quippe radicibus arbuscula procumbunt, & uitis atque omne uirgultum non tenetur solo, quod molle fluidumque est, iam nec gramina nec pabula laeta aquis sustinet, fame laboratur, & manus ad antem quia alimenta porrigitur, quia ilex & querucus excutitur, & quæcumque in his arduis arborum commissura astricta lapidum stetit. Labant acmadent tecta, & in imum usque receperis aquæ fundamenta desidunt, ac tota humus stagnat, frustra titubantium fulture tentatur. Omne enim fundamentum in lubrico figitur, lutoli humo nihil stabile est. Postquam magis magisque nimbi ingravent, & congestæ saculis tabuerunt nubes, deuolutus torrens altissimi montibus rapit silvas male herentes, & faxa reuolutis remissa compagibus rotat. Abluit villas, & intermixtos ouium greges deuehit. Vulsus minoribus tectis que in transitu abduxit, tandem in maiora uolutus oberrat. Urbes & implicitos trahit menseibus suis populos, ruinam an naufragium querant incertos, adeo simul, & quod opipimeret, & quod mergeret, uenit. Auctus deinde processu aliquo in se torrentibus rapitis plana passim populatur. Nouissime in materia magna gentium clarus onusfuscusq; difunditur. Flumina uero suapte natura uasta & tempestatis raptis alueos reliquerunt, Quid tu es! Rhodanus, quid putas Rhenum atque Danubium, quibus torrens etiam in canali suo cursus est, cum superfusi nouas sibi fecerit ripas, ac scissa humo simul excessere re alueos? Quanta cum precipitatione uoluuntur, ubi per campestria fluens Rhenus ne spacio quidem languidus, sed latissime uelut per angustum aquas impletus? Cumq; Danubius non iam radices, nec media montium stringit, sed iuga ipsa lolicitat, ferens se cum madefacta montium latera, rupesque disiectas, & magnarum promontoria regionum, quæ fundamentis laborantibus adesse recesserunt. Deinde non inueniens exitum, omnia enim sibi ipse præcluserat, in orbem redit, ingentem terrarum ambitum atque

Forte, stimul
quidem Sylæ
turbulentus

Af[er]. tenetur
Exæquo pro-
bat mundu[m]
periturum.

*

urbium uno uortice involuit. Interim pmanent imbreis, fit cœlum grauius, ac sic diu ma-
lū ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilū, nox est, & quod horrida & terribilis inter
cursu lumenis diri, crebra enim micant fulmina, procella quatunt mare, tunc uero actu
fluminū, accessu & sibi angustum, iam enim promouet littus, non cōtinetur suis finibus
sed prohibent exire torrentes, aguntq; fluciū retro, pars tamen maior, ut maligno ho-
stio retenta, refagnar, & agros in formā unius lacus redigit. Iam omnia qua propici pos-
sunt aquis obſidentur. Omnis tumulus in profundo latet, & imensa ubiq; altitudo est,
tantum in summis montium iugis uada sunt. In eo excellissima cum liberis coniugib-
us q; fugere, actis ante se gregibus, diremptum inter miseros cōcertium ac transitus, quo/
niam quicquid submersum erat, id uanda compleuit. Et ditissimis quibusq; adhærebat re-
liquiae generis humani, quibus in extrema perductis, hoc unum solatio fuit, quod tran-
sierat in stupore metus, non uacabat timere mirantibus, ne dolor quidem habeat locū.
Quippe uim suam perdit in eo, qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularum modo
eminent montes, & sparsas Cycladas augent, ut ait ille poetarum ingeniosissimus ege-
gie, sicut illud pro magnitudine rex dixit. Omnia pontus erat, deerant quoq; littora. Niſi
tantū impetum ingenij & materia ad pueriles ineprias reduxisset. Nat lupus inter oues
fuluos uehit uanda leones. Non est res satis sobria laiciuere deuorato orbe terrarum, di-
xit ingentia & tantæ confusione imaginem cepit cum dixit. Et spaciata ruunt per aper-
tos flumina campos. Pressaq; labant sub gurgite turres. Magnifice hoc, si nō curauerit,
quid oues & lupi faciant. Natura autem in diluio & in illa rapina potest, aut nō eodem
impetu pecus esse, quo raptum erat, mesum est. Concepisti imaginem quantum debe-
bas. Obrutis omnibus terris celo ipso in terram ruente profer. Scies, quid deceat, si co-
gitas orbem terrarum nature. Nunc ad propositum reuertamur. Sunt qui existimat im-
modicis imbribus uexari terras posse, non obrui. Magno impetu magna ferienda sunt.
Faciet pluvia segetes malas, fructum grando decutit. Intumescit riuis flumina, sed re-
ſident, quibusdam placet moueri mare, & illic caſam tantæ cladi accersiri. Non potest
torrentium, aut imbrium, aut fluminum iniuria fieri tam grande naufragium, ubi instat
illa pernicies, mutariq; genus humanum placuit, fluere aliud os imbreis, & non esse mo-
dum pluviis concessir, suppredis aquilonibus, & flatu sicciorē austris, nubes & im-
bres & amnes abundare. Sed adhuc in damna prospectum est. Sternunt segetes & de-
plorata colonis Vota iacent, longip; perit labor irritus anni. Nō ledi debet terra, sed ob-
ſcondi. Deniq; cum per ista prolulum est, crescunt maria, sed super solitum & fluctum
ultra extremum tempes̄tis maxima uestigium mitunt, Deinde a tergo uentis surgen-
tibus ingens aequor inuoluunt, quod longe a conspectu uenit, littoribus frangitur. Dei-
nde ubi littus his prohibiti est, & pelagus in alieno constitut, uelut admoto malo, cum
min⁹ p; currit aëstu, ex uno recessu maris. Nam ut aeris ut aetheris, sic huius elementi lar-
ga materia est, multoq; in abdito plenior. Hæc fatis mota nō aëstu. Nam aëstu fati mini-
steriū est. Attollit uasto sinu fretum, agitq; ante se. Deinde in altitudinem erigitur, & il-
lis tutis hominum receptaculis super est. Nec id aridum est, quoniam quo terris fasti-
gio ascenderet? Si quis excelsa perlberet maria, paria sunt. Nam par undiq; sibi ipsa tel-
lus est. Caua eius & plana eius undiq; inferiora sunt. Sed illis adeo in rotundum orbis
æquatus est. In parte autem eius & maria sunt, quæ in unius æqualitate pilæ coeunt. Sed
quemadmodum campos intuentem, quæ paulatim deuexa sunt, fallunt. Sic enim non
intelligimus curuaturas maris, & uidetur planum quicquid apparet, & illud æquale ter-
ris est. Ideoq; ut effluat, non magna mole se tollet, dum satis est illi, ut supra paria ueniat,
leuiter exurgere, nec a littore ubi inferioris est, sed a medio, ubi illi cumulus est. Defluit
ergo ubi sol & aëstus aquinoctialis, sub ipsum luna solisq; coitum, omnibus alijs maior
undauere. Sed hic qui ad occupādas terras emittit, solitis maximisq; uiolentior, plus
aquarum trahit. Neantquam supra cacumina eorum, quos perfusurus est, montium
crevit, deuoluit per centena milia. Quibusdam locis aëstus excurrit innoxius, & ordi-
nem seruat. Ad mensuram em̄ crescit, iterūq; decrecit. At ipso tpe solutus legibus sine
modo fertur. Qua ratione, inquis? Eadem qua conflagratio futura est. Vtrum sit deo-
nem seruat. Ad mensuram em̄ crescit, iterūq; decrecit. At ipso tpe solutus legibus sine
modo fertur. Qua ratione, inquis? Eadem qua conflagratio futura est. Vtrum sit deo-

Et ex hijs

& ex his interitus est. Ergo quacq; placuere res nouo mundo, sicut in nō semper mare
emittitur deluper, ut feruor ignisq; tum aliud genus exitij placuit. Quidam existimant
terram quoq; concuti, & disrupto solo noua fluminum capita deregere, quæ amplius ut
pleno profundant. Berolus, qui bellum interpretatus est, ait, cursu ista syderū fieri, adeo
quidem affirmat, ut conflagrationi atq; diluio tempus affliget, aſlura enim terrena cō
tendit, quādo omnia sydera, que nunc diuersos agunt cursus in Cancrum cōueniere. Sic
sub eodem positio uestigio, ut recta linea exire per urbes omnī posit, inundatione fu-
turam, cum eadem syderum turba in Capricornū cōuenierit. Illic solsticium, hic bruma
conficitur. Magna potentia signaq; in ipsa mutatione anni momenta sunt. Et istas ego
perceptim causas. Necq; enim ex uno eti tantæ pernicies, & illa quæ in conflagratione
noſtris placet. Hoc quoq; transferunt puto, siue anima est mundus, siue corpus, na-
tura gubernante, ut arbores, ut fata ab initio eius usq; ad exitum, quicquid facere, quicquid
pati debeat, inclusum est, ut in semine omnis futuri ratio hominis comprehensa est. Et
legem barbae & canorum nondum natus infans habet, totius enim corporis & sequētis
eratis in paruo occulto, ſimilamento fuit. Sic origo mundi, non minus lolem & lunam
& uices syderum & animaliū ortus, quam quibus mutantur terrena, continuat. In his
fuit inundatio, quæ non fecus quā hyems, quam aestas, lege mundi uenit. Itaq; cum plu-
uiū istud fieri, sed pluuiā quoq; non incursu maris, maris quoq; incursu, non terra motu,
sed terra quoq; motu. Omnia adiuuabant naturam, ut natura constituta peragantur.
Maximam tamen caufam, ad se mutandā, terra ipsa prestat, quam diximus esse muta-
bilem, & ſolui in humorē. Ergo quādoq; erit terminus rebus humanis, cum partes eius
interire debuerint, aboleriē funditus tota, ut de integrō tota, rudes, innoxiaq; generē-
tur, nec superlit in deteriora magis, plus humoris, quæ ſemper fuit, fieri. Nunc em elem-
ta ad id quod debet pena fuit. Aliquid oportet alteri accedat, ut qua libramento ſtant
inægualitas turbet, accedit humor. Nunc enim habet quo ambiat terras, nō quo obrui-
at. Quicquid illi adieceris, necesse eft in alium locū exundet. Vide ergo, ne terra debe-
at minus, ut validiorib; infirma succumbant. Incipiet ergo putrefactio, dehinc laxata fre-
i humore, & aliud tabe defluere. Tunc exilient sub montibus flumina, ipſoq; im-
petu quatient, inde aura tacita manabunt. Solum omne aquas reddet, ſummi ſcaturient
montes, quemadmodū in morbum tranſuent, & uiceri uicina cōſentient. Ut quæ-
q; proxima terris fluentibus fuerint, eluentur, ſtillabit, & deinde current, & hiante plu-
ribus locis faxo, per fretum faliet, & maria inter ſe componet. Nihil erit Adriatici, nihil
Sicili equoris fauces, nihil Charybdis, nihil Scylla. Omnes nouū mare fabulas obrueri,
& hic qui terras cingit Oceanus extremas, ueniet in mediū. Quid ergo eft: nihilomin⁹
tenet alienos menses hyems, aſtas prohibebit, & quodcumq; terras sydus exiccat, cō
preſſo ardore ceſſabit. Peribunt tot noſta, Calpium & Rubrum mare, Ambraci & Creti-
ci ſinus, Propontis & Pontus. Peribit ome diſcrimen. Confundet quicqd in ſuas par-
tes natura digeffit. Non muri quemq; turreſue tuebuntur. Non proderunt templia ſup-
plicibus, nec urbium ſumma, quippe fugientes uanda præueniet, & ex hijs iſis artibus de-
feret. Alia ab occaſu, alia ab oriente cōcurrent, unius humanū genus condet dies. Quic-
quid tam longa fortunæ indulgentia excoluit, quicquid ſupra cæteros extulit, nobilia
pariter atq; ornata, magnarumq; gentium regna pefundabit. Sunt omnia ut dixi facilita
natura, utiq; a primo facere conſtituit, atq; non ſubito, fed ex denunciato uenit. Iam au-
tem a primo die mundi, cum in hunc habitum ex informi unitate deſcenderet, quando
mergerentur terrena, decretum eft, & ne ſit quandog; uelut in nouo opere, dura molli-
tio, olim ad hæc maria ſe exercent. Non uides ut fluctus in littora tanquam exiturus in-
currat? Non uides, ut aeftis fines ſuos tranfeat, & in poſſeſſionem terrarum mare indu-
cant? Non uides, ut illi perpetua cum clauſtriſ ſuis pugna ſit? Quid porro iſiſc, unde
tantum tumultu uides? Metus eft e mari & magno ſpiritu erumpentibus fluij, ubi
humorē natura diſpoſuit, ut undiq; nos, cum uoluſſet, aggredi poſſet. Mentiō, niſi erit
pentib; terra humor occurrit, & quoties nos auaritia, aut defodit aut aliqua cauſa pen-
tre altius cogit, eruenti finis aliquādo eft. Adjice nūc, quod inaneſ ſunt ex abdito lai-
cus, & multū maris conditi, multum fluminū per opera labentiū. Vndiq; ergo erit cauſa
diluio.

Cauſas expo-
nit, quare in-
diſ ſit peritu-
rus.

Alt. inaneſ

alt. exhaustus

sa diluio, cum aliæ aquæ subinfluit terras, aliæ circumfluunt, quæ diu coercitæ uincunt, & amnes amnis iungent, paludibus stagna. Omnia tunc mare ora fontium implet, & maiore hiato soluet. Quemadmodum corpora nostra ad egestum uenter exsoluit, quemadmodum eunt in sudore uires, ita tellus liquefiet, & alijs causis quiescentibus, intra le, quo mergatur, inueniet. Sic magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mo ra exitij. Tentatur diuelliturq; concordia, cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undiq; ex aperto & abdito superne ab infimo aquarum fiet irruptio. Nihil enim tam uiolentum & incontinens fui, contumax, infestumq; retinentibus, quam magna uis undæ, utetur libertate permissa, & iubente natura, quæ scindit circuitq; complebit. Ut ignis, diuersis locis ortus, cito miscet incedium, flammis coire pro perantibus, sic momento se redundantia pluribus locis maria comittet. Nec ea semper luctu erit, sed peracto exitio generis humani, extintisq; pariter feris uia aquarum homines ingenia transirent. Iterum aquas terra sorbebit, terram pelagus stare, aut intra terminos suos furere coget, & reiectus & nostris sedibus in sua secreta pellebit oceanus, & antiquis ordo reuocabitur. Omne ex integro animal gloriabitur, dabiturq; terris homo inscius scelerum, & melioribus auspicijs natus. Sed illis innocentia non durabit, nisi dum noui sunt, cito nequitia subrepit, uirtus difficultis inuentu est, rectorem ducentq; defuderat, etiam sine magistro uita discuntur.

Libri tertii naturalium questionum finis.

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS QVAESTIONVM

NATVRALIVM LIBER QVARTVS. In quo de iuue gran-
dine & pluvia agitur.Contra adu-
latores, nim-
rum hominu-
pestes.

DELECTATE quemadmodum scribis Lucili uirorum optime Sicilia, & officium procurationis ocioſa. Delectabit, si continere id intra fines suos uolueris, nec efficere imperium, quod est procuratio. Facturum te hoc non dubito. Scio quam sis ambitioni alienus, quam familiaris ocio & literis. Turbam rerum hominumq; defuderat, qui se pati neſciant. Tibi tecum optime conuenit. Nec mirum paucis studi contingere, imperiosi nobis ipsi molesti sumus. Si modo amore nostri, modo tedio laboramus, Infelicem animu nunc supbia inflamus, nunc cupiditate distendimus, alias uoluptate laxamus, alias sollicitudine exurimus. Quod est miserrimum, nunquam sumus singuli. Necesse est itaq; assidua utamur, in tam magnorum uitiorum contubernio, rixa. Fac ergo mihi Lucili, quod facere consueisti. A turba quantu potes te separa, nec adulatoribus latus praebeas, Artifices sunt ad captandos superiores. Par illis (etiam si bene caueris) non eris. Sed mihi crede prodigioni si capieris ipse te trades. Habent hoc in se naturale blanditia, etiam cum rei ciuitat placent, sape exclusa nouissime recipiunt. Hoc enim ipsum imputant, quod repellunt, & subiiciunt ne contumelia quidem posunt. Incredibile est, quod dicturus sum, sed tamen uerum. Ea miseria quicq; patet, quam patitur, fortasse enim idem, qui patet patitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te consequi, ut sis impenetrabilis, cum omnia caueris, per ornamenta fiet. Alius adulazione clam ueter parce. Alius ex aperto, palam rusticitus simu lata, quasi simplicitas illa non ars sit. Plausus artifex ante uileum maximus, aiebat non esse occulta, nec dissimilans blandendum. Perit, inquit, procari, si latet, plurimū adulator cum deprehensus est, proficit, plus etiam nunc si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos in persona tua plauicos cogita, & hoc non esse remedium tanti mali, nolle laudari. Crispus passienius, quo ego nil noui subtilius, in omnibus rebus maxime in distinguidis & curandis uitris, sape dicebat, adulatioibus non claudere hostiū, sed aperire. Et quidem sic quemadmodum opponi amico solet. Qua si impulit grata, gratior est si est frexit. Demetriū egregij uitrum memini dicere, cuidam libertino potenti, facile sibi esse ad diuitias uiuā, quo die poenituisse bonæ mentis. Nec inuidet, inquit, uobis hanc artem, docebo eos quibus quaſto opus est, quemadmodum non dubiam fortunā maris, non emendi uendendisq; līte subeant, non incertā fidem iuris, incertiōre fori tentent, quēad modum non

*

modis non solum facili, sed hilari uia pecunia faciant, gaudentesq; dispolient. Te, inquit, longiore fido Anneo iurabo & Apollonio, Pictura quāuis staturam habeas theftum recte composita. Hominem quidem non esse illo liberaliorem. Non mentiar, cum possis uideri omnibus donasse, quicquid dereliquisti. Ita est mihi uilior, quo aperior est. Ad latitudo quo improbor, quo magis frontem suam perflicuit, cecidit aliam, hoc citius expugnat. Eo enim iam dementia uenimus, quod qui parce adulatur, pro maligno sit. Solebam tibi dicere Gallionem fratrem meum, que nemo non parum amat, etiam qui amare plus non potest, talia uitia non nosse, hoc eum odisse, ab omni illum parte tentasse, ingenitū suspicere coepisti, omnium maximū & dignissimum, quod conferrari maller, quam cōuer ti, pedes abstulit, frugalitatem laudat, cepisti, quia sic a uobis resiliuit, ut illos nec habere, nec damnare uideatur. Prima statim uerba praefidit. Cepisti mirari comitatem & com positam suauitatem, que illos quoq; quos transit, abducit, gratuitum etiam in obuios meritum. Nemo enim mortalium unitam dulcis est, quam hic omnibus. Cum interim tanta naturalis boni uis est, ubi arte simulationē non redolet, nemo enim imputari sibi bonitatem publicam patitur, hoc quoq; loco blanditijs tuis restitit, ut exclamares inuenisse te inexpugnabile uitrum aduersus insidias, quas nemo non in sinu recipit. Eo quidē magis hinc eius prudentiā, & in evitando ineuitabili malo pertinaciā te suspicere cōfessus es, quia speravas posse apertis auribus recipi, quamvis blanda dices, quia uera dices. Sed eo magis intellexi obstandum. Semper enim falsis a uero petitur ueritas. Non lo tamen tibi displiceas, quasi male egeris, & quasi ille aliquid iocorum aut dolis suspicatus sit. Non deprehendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar componere. Cum quis ad te adulatorum accelerit, dicit. Vis tu ista uerba, que iam ab alio magistratu ad alium cū lictoribus transeat, ferre ad aliquem, quia paria facturus, uult, quicquid dixerit, audire. Ego nec decipere uolo, nec decipi possum. Laudari me a uobis, nisi laudaretis etiā malos uellem. Quid autē necesse est in hoc descendere, ut te petere continuus possit. Longum inter nos interuallum sit. Cum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeat. Ipse te lauda, dic, liberalibus me studijs tradidi, quam paupertas alias uaderet, & ingenium obduceret. Vbi prafens studiū precium est. Ad granaria carmina deflexi me, & ad salutare philosophie studium contuli. Ostendit in omne pectus eandem cadere uitatem, & eluctatus natum angustias, nec sorte me sed animo mensus, par maximis steri. Non mihi inimicitia Gettuli grauis fidem eripuit, non in aliorum peritonam infelicitate amato rum, Messala, & Narcissus diu publici hostes, antequā sui, propositum meū potuerunt euertere. Ceruicem pro fide apposui. Nullum verbum mihi, quod non salua bona conscientia procederet, excussum est. Pro amicis omnia timui, pro me nihil, nisi ne parum bonus amicus fuisset. Non mihi mulieres fluxere lachrymae, non e manibus ullius simplex pependi. Nihil indecorum nec bono, nec uero feci. Periculis meis paratus fui, in ea qua minabant, egi gratias fortuna, quod experiri uoluisset, quanti estimare fidem. Non debebat mihi paruo res tanta constare. Nec examinavit me quidem diu, nec enim paria pendebant, utrum sat is effet me perire pro fide, an fidem pro me. Non præcipitum petu in ultimum consilium, quo me eriperem furor potentium misi. Videbam apud Caium tornetā, uidebam ignes. Sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, ut inter miseris opera haberentur occisi. Non tamen ferro incubui, nec in mare aperto ore desilui, ne uiderer pro fide tantum morti posse. Adiice nunc inuictum muneribus animum, & in tanto auratim certamine, nunquam suppositam manu lucro. Adiice nunc uictus parsimoniam, sermonis modestiam. Aduersus minores humanitatem, adulterus maiores reuerentiā. Post hoc ipse te confuse, uera ne an falsa memoraueris. Si uera sunt, coram magno teste laudatus es, si falsa sine teste deris es. Possum & ipse nunc uideri te, aut captare aut experiri. Vtrumlibet crede, & omnes timeria me incipe. Vergiliū illud excludi. Nusquam tuta fides. Aut Ouidianum. Qua terra patet fera regnat Erinnys. In facinus iurasse putes. Aut illud Menandri. Quis em non in hoc magnitudinem ingenij sui concitauit, detestatus consensem humani generi tendentis ad uitia, omnes ait, malos uiuere, & in scenam uelut rusticus poeta profiliuit. Non senem exceptit, non puerum, non foeminam, non uitrum, & adiicit, singulos peccare non paucos,

paucos, sed iam scelus esse contextum. Fugiendū ergo, & in se redeundū est, immo etiā a se recedendum. Hoc tibi, & si diuidimur mari, praefare tentabo, ut dubium uia, iniecta manu ad meliora perducam. Et ne solitudinē sentias, hinc tecum miscebo sermones Erimus una, qua parte optimi sumus, dabimus inuicē consilia, & ex uult audientis pen dentia. Longe te ab ista prouincia abducam, ne forte magnā historijs esse fidem credas & placere tibi incipias, quoties cogitaueris. Hanc ego habeo sub meo iure prouinciam quæ maximarū urbium exercitus & sustinuit & fregit, cum inter Carthaginē & Romā ingentis bellī precium facuit, cum quatuor romanorū p̄incipū, id est totius imperij uires contractas, in unum locum uidit, altameq; Pompei fortunā erexit, Cæsaris fatigauit Lepidi trāfūlū, omnīc̄p̄ cepit, qua illi ingenti spectaculo interfūit, ex quo liquevit mortibus posset, quam uelox foret ad iūmū lapsus ex summo, quāc̄ dūerū uia magnam potentiam fortuna destrueret. Vno em̄ tempore uidit Pompei Lepidumq; ex maximo fastigio, aliter ad extrema delectos, cum Pompeius alienū exercitū fugeret, Lepidus sum. Itaq; ut totum mente abducam, quāuis multa habeat Sicilia in se, circaq; se mirabili, omnes interim prouinciae tuae questiones p̄iæterib; & in diuersum cogitationes tuas abstrahā. Queram em̄ tecum id, quod libro lupiōre distuli. Quid ita Nilus aſtuīs mensibus abundet. Cui Danubiū simile habere naturā philosophi tradiderūt, quod & fontis ignoti, & aſtate quam hyeme major sit. Vtrūq; apparuit falsum, Nam & caput eius in germania esse comperimus, & aſtate quidem incipit crescere, sed adhuc manente in traſmenorum ūa Nilo, primis caloribus, cum ſol uehemētior inter extrema ueris niues emollit, quas ante confūnit, quā intumescere Nilus incipiat. Reliquo uero aſtatis minū itur, & ad hybernā magnitudinē redit, atq; ex ea dimittitur. At Nilus ante ortum caniculae augetur medijs aſtibus, ultra æquinoctiū. Hunc nobilissimū amnem natura extulit ante humani generis oculos, & ita denudat, ut eo tempore inundaret Aegyptum, quo maxime uita feruoribus terra undam altius traheret, tantū uſura quantū ſiccitatē annuē ſufficere poſſit. Nam in ea parte, qua in Aethiopiam uergit, aut nulli imbr̄es ſunt, aut rari, & qui in ſuetam aquis coeleſtibus terā non adiuuent. Vnam ut ſcis Aegyptus in hoc ſpēm ūam habet. Proinde ſterilis annus aut fertilis eſt, prout ille magnus influxit, aut partior. Nemo arator apſicit cœlum. Quare, non cū poeta in eo iocor, & illi Ouidiu ūam impingo, qui ait. Nec pluvias ſuppliāt herba ūoi. Vnde crescere incipiat ſi comprehendit poſſet, cauſa quoq; incrementi inuenirent. Nunc uero magnas ſolitudines p̄iugatus, & in paludes diffusus, gentibus ſparſus circa Philas primū ex uago & errante colligitur. Phile insula eſt aspera & undiq; prarupta, duobus in unum coitūris amnisbus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Vrbem totam complectit. Ad hanc Nilus magnus magis, quā uolentus egressus, Aethiopiam arenasq; per quas iter ad conuentiā indici maris eſt, pralabitur. Excipiunt autē cataractæ, nobilis inſigni ſpectaculo locus. Ibi per arduas exciſaſq; pluribus locis rupeſ Nilus inuigrit, & uires suas concitat. Frangitur enim occurrentibus ſaxis, & per angustas eluctatur, ubi cung; uincit, aut uincitur, fluctuat, & illi excitatis primū aquis, quas ſine tumulū leui alueo duxerat, uolentus, & per malignos tranſitus torrens, proſilit, diſſimilis ſibi. Quippe ad id lutofus & turbidus fluit. At ubi in ſcopulos† cautiſ librauit ſpumat, & illi non ex natura ūa, ſed ex iuria loci color eſt. Tandem eluctatus obſtantis, in uastam altitudinē ſubito deſtitutus cadit, cum ingenti circumiacentiū regionum ſtrepitū. Quem perferre gens ibi asperis collocata nō potuit, obtuſis affidue frangit auribus, & ob hoc ſedibus ad quietiora tranſlati ſunt. Inter miracula ūam incredibilē incolarum audaciā accepi. Bini paruula nauigia conſendunt, quoruſ alter nauem regit, alter exhaustit. Deinde multum inter rapidoſam inſaniā Nili, & reciprocis fluctus uolunti, tandem tenuiſſimos canales tenent, per quos angusta rupium effugiant, & cum toto ūamine effusi, nauigium ruens manu temperant, magnō ſpectaculo metu in caput miſſi, cum iam adploaueris, meroſoſq; atq; obrutus tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ceciderunt, loco nauigant, tormenti modo miſſi. Nec mergit cadens uanda, ſed planis aquis tradit. Primum incremen tum Nilis circa inſulam, quā modo retuli, Philas nascitur. Exiguo ab hoc ſpacio terra diuiditur Abacton graci uocant. Nec illam ulli, niſi antistites calcant, illa primum ūaxum auctu ūam

De Nilo.

Cōtra Pliniū
Danubius in
colliculis non
admodū ma-
gno ap̄iger,
manos oris,
circa pagum
ab eo deno-
tum.

Phile insula

Forfē cauſtū
uibravit.

Abactos

auctu ūam ſentit. Post magnum deinde ſpacitum duo eminent ſcopuli, Nilis uenias uocant incole, ex quibus magna uis funditur, non tamen quanta operire poſſet Aegyptum. In hac ora ſtirpem ſacerdotes & aurea dona praefecti, cum ſolēne uenit ſacrum, faciunt. Hinc iam manifes tus nouarum uirū Nilus, alto ac profundo alueo fertur, ne in altitudinem excedat obiectu montium preſsus. Circa Memphim demum liber, & per campeſtria uagus, in plura ſcinditur ūamina, manuq; canalibus factis, ut ſit modus in de riuantium potestate, per totam diſcurrit Aegyptum. Infito diſducitur, deinde continua ūis aquis in faciem ac turbidi mari ūagnat, curſum illi uiolētiāq; eripit latitudo re gionum, in quas extendit, dextra leuaq; totam amplexus Aegyptum. Quantum crevit Nilus tantum ſpe in annum eſt. Nec computatio ſallit agricolam, adeo ad mēſuram ūam ſpondet, quam fertilem facit Nilus. Is arenoso ac ſitienti ſolo & aquam inducit & terram. Nam cum turbulentus fluat omnem in ſiccis atq; hiſtantibus locis fecem re linquit, & quicquid pingue ſecū tulit, arentibus locis illinit, iuuatq; agros duabus ex catiſ, & quod inunda, & quod oblitat. Ita quicquid non t̄ adiuvit, ſterile ac ſqualidum iacet. Si crevit ſuper debitum, nocuit. Mira itaq; natura ūam, quod cum ceteri annes abluant terras & euſcerent, Nilus tanto ceteris maior, adeo nihil edit, nec abradit, ut contra adiūciat uires, nimiumq; in eo ſit quod ſolum temperet. Illato enim līmo, arenas ſaturat, ac iungit. Debetq; illi Aegyptus nō tantum fertilitate terrarum, ſed ipſas. Illa facies pulcherrima eſt, cum iam le in agros Nilus ingeſit. Latent campi, opertaeq; ſunt ualleſ, oppida insularum modo extant. Nullum in mediterraneis, niſi per nauigia commerium eſt. Maiorq; eſt latitudo gentibus, quo minus terrarum ūuarum uident. Sicut quoq; cū ſe ripis cōtinet Nilus, per ſeptena hoſta in mare emittit, quod cūc̄ elegerei ex his ma re eſt. Multos nihilominus ignobiles ramos in aliud atq; aliud littus porrigit. Ceteri be luas marinas, uel magnitudine, uel noxa pares educat. Et ex eo, quantum ſit, aſtimati potest, quod ingentia animalia & pabulo ſufficient, & ad nauigandum loco, cohtinet. Baſillus uirorum optimus, perfectusq; in omni litterarum genere, rarissimus autor eſt, cū ipſe praefectus obtineret Aegyptū, Heraclitio hoſtio Nilis, quod eft maximū, ſpectaculo ſibi tuſile delphinorum a mari occurrentiū, & Crocodilorum a ūamine aduerſum agmen agentium, uelde properantibus p̄alium. Crocodilos ab animalibus placidis, morſuq; innoxij uictos. His ſuperior pars corporis dura, & impenetrabilis, etiā maiorū anima liū dētibus. At inferior mollis ac tenera, hanc Delphini ſpinis, quas dorſo eminētes gerunt, ſubmersi uulnerabunt, & in aduerſum emerſi diuidebant. Recilis hoc modo pluri bus, ceteri uelut acie uera ſugerunt. Fugax animal audaci, audacissimum timido. Nec illos tinturæ generis, aut ſanguinis proprieate ſeparant, ſed cōtempu & temeritate. Vt tro enim inſequuntur, fugientesq; infeſto trahunt laqueo, plariq; pereunt, quibus minus praefera animus ad perlequendū ſuit. Nilum aliquando marinam aquā detulifſe Theophraſtus eſt autor, biennio continuo regnante Cleopatra, non descendisse decimo regni anno & undecimo conſtat. Significatam autem duobus rerum potentibus defectio nem, Anthonij enim Cleopatraq; defecit imperium per nouem annos. Non ascendisse Nilum ſuperioribus ſaculis Callimachus eſt autor. Sed nūc ad inſpicendas cauſas, propter quas aſtate Nilus creſcat accedam, & ab antiquissimis incipiām. Anaxagoras ait ex Aethiopie iugis folutas niues ad Nilum uſq; decurrere. In eadem opinione omnis uetus fuit. Hoc Aeschylus, Sophocles, Euripides tradebat. Sufum eſſe argumēti pluriſ patet. Primo Aethiopiam feruentissimā eſe indicat hominū aduſtus color, & Troglodytæ, quibus ſubterraneæ domus ſunt. Saxa uelut igne ferueſcunt, non tantū medio, ſed inclinato quoq; die. Ardēs puluis, nec humani uelfigij patiens, argentiū replumbatur, ſignorum coagmenta ſoluuntur, nullum materiæ ſuperadornata manet operimentum. Auster quoq; qui ex illo tractu uenit, uentus calidissimum eſt. Nullum ex hiſ anima libus que latent bruma, unq; reconditū. Etiam per hyemē in ſummo & aperto ſerpens eſt, Alexandria quoq; longe ab huiusmodi immodicis caloribus eſt poſita. Niues nō caidunt, ſuperiora pluia carent. Quemadmodū ergo regio tantis ſubiecta feruoribus diu raturas per totam aſtemat niues recepit, quas ſane aliqui montes illi quoq; excipiāt. Nunq; magis Alpes q; Thracia iuga aut Caucasus. Atqui eorum montium ūamina ue

Nilus q; p̄
exundat, eo
 fertiliore ſa-
cūt regione.

Altitudi-

Altū uelut
p partibus

Quare Ni-
lus canicu-
la exortu
ſe effundat

*

N re &

re & prima aestate intumescunt, deinde Hybernis minora sunt. Quippe uernis temporibus imbræ niuem diluunt, reliquias eius primus calor dissipat. Nec Rhenus, nec Rhenanus, nec Caystrus subiacent malo. Aestate prouenit, & illis altissima in septentrionalibus iugis niues sunt. Phasis quoq; per Indiæ campos, oras tenens cresceret, si niues fluminæ possent contra aestate magna producere. Præterea si hac eadem attollerent Nilum, aestate prima plenissimus fueret. Tunc em maximæ & integræ adhuc niues, ex molissimis tabes est. Nilus autem per menses quatuor liquitur, & illi æqualis accessio est.

Akribate scunt.

Si Thaleti credis Etesia descendentes Nilo residunt, & cursus eius actus cōtra hostia maris sustinet, ita reuerberatus in se recurrit, non crescit, sed exitu prohibitus refluit, & quo cunq; mox potius, in contextus erumpit. Eudimenes Massiliensis testimonium dicit. Nauigauit, inquit Atlantici mare. Inde Nilus fluit major, & diu Etesia tempus obseruant, tunc enim ejscitur mare instantibus uentis. Cum refederint in pelagis, conquiscet, minoris descendenti inde uis Nilo est. Ceterum dulcis maris sapor est, & similes Niloticis belluae.

Plantibus Ethes Ni
lus maior effuit

Quare ergo si Nilum Etesia prouocant, & ante illos incipit incrementum eius, & post eas durat. Præterea non sit quo illi fauere uehementius. Nec remittitur incitaturq; prout ille impetus fuit, quod fieret, si illorum viribus cresceret. Quid quod Etesia littus ueberant, & contra illos Nilus descendit, inde uenturus, unde illi, si origo ab illis esset. Præterea ex mari purus & ceruleus efflueret, nunc turbidus uenit. Adde quod testimonium eius testium turba coarguitur. Tunc erat mendacio locus, cum ignota essent externa. Li bebat illis fabulas mittere. Nunc uero tota extremi maris ora mercatorum nauibus strin gitur, quorū nemo narrat Mintium, Nilum, aut mare saporis alterius, q; natura credi uerat, quia dulcissimum quodq; leuissimū sol trahit. Præterea quare hyeme non crescunt, & tunc potest uentis concitari mare, aliquando quidem maioribus. Nam Etesia temperat sunt. Quod si mari ferretur Atlantico, semel populet Agyptum. At nūc per gradus crescit. Genopidechius ait hyeme calorem sub terris cōtineri, ideo & specus calidos esse & tepidiorem puteis aquam, itaq; uenas interno calore siccari. Sed in alijs terris augent imbribus flumina. Nilum, & quia nullo imbre adiuuetur, tenuari, deinde crescere p aesta tem, quo tempore friget interiora terrarum, & reddit rigor fontibus, quod si uerum esset, aestate abundaret. Deinde calorem hyeme sub terris esse maiore. Aqua & specus & putreū teperit, quia aera rigentem extrinsecus nō recipiunt. Ita non calorem habent, sed frigus excludunt. Ex eadem causa aestate frigidant, quia ab illo remotus, ledicūlū aer calefactus non peruenit. Diogenes Apollonites ait, Sol humorem ad se rapit, hunc & sic cata tellus ex mari ducit, & ex cateris aquis. Fieri autem non potest, ut una siccata sit tellus, alia abundet. Sunt enim perforata omnia, & in itinere peruia. Sicca ab humidis sumunt aliquando. Nisi aliquid terra acciperet, exaruisset. Ergo unde sol trahit? Sed ex his quæ premunt, maxime hac remedia sunt. Terra cum exaruit, plus ad se humoris adducit, ut in lucernis oleū illo fluit, ubi exuritur. Sic aqua illo incibit, quo uis caloris & terra aëris accessit. Unde ergo trahitur? ex illis scilicet partibus semper Hybernis, septentrionalibus, unde exundat. Ob hoc Pontus in infernum mare assidue fluit rapidus, non ut cetera maria alternatis ultro citro aëstibus, in unam partem semper pronus & torrens. Quod nisi faceret, his itineribus, quod cuiq; deinceps redderetur, quod cuiq; super est, emineret. Iā aut siccata essent omnia, aut inundata. Interrogare Diogenem libet, quasi compertus animus cuncta & inuicem cōmeat. Non omnibus locis aestate maiora sunt flumina. Aegyptum sol magis pequist. Itaq; Nilus magis crescit. Sed in cateris quoq; terris aliqua fluminibus sit adiectio. Deinde quia illa pars terræ sine humore est, omnis ad se ex alijs regionibus trahit, eoz magis humidior, quo calidior est. Deinde quare Nilus dulcis est, si illi & mari uanda est. Nec enim ulli fluminī dulcior gustus. Grandinem hoc modo fieri, si tibi affirmauero, quo apud nos glacies fit, gelata nube tota, nimis audacem rem fecero. Itaq; ex his me testibus numero secunda nota, qui uidisse quidem se negant, sed audiisse. Aut quod historici faciunt, & ipse faciam. Illi cum multa mētiti sunt, ad arbitrium suū unam aliquam rem nolunt spondere, sed adiectiunt. Penes autores fides erit. Ergo si mihi parū credis, Posidoniū tibi autoritatem promittet, tam in illo quod præterit, q; in hoc quod secuturum est. Grandinem enim fieri ex nube aquosa iam in humorē uer-

sa sic

affirmabit, tanq; interfuerit. Quare aut̄ rotunda sit grando, etiam sine magistro scire potes, cum adnotauerit stillicidium omne coglomerari. Quod & in speculis appetat, qua humorē halitus colligunt, & in poculis sparis, aliaq; omnileuitate, Nam & herbarū, & arborum folijs, si qua guttae adhaerent, in rotundū iacent. Quid magis est faxo durū? qd mollius unda? Dura tamē mollis laxa cauatur aqua, aut ut alius poeta ait, Stillicidij calus lapidem cauat, & hac ipsa excavatio rotunda fit. Ex quo appetat illud, hui quoq; simile esse quod cauat. Locū enim sibi ad formā & habitū sui excupit. Præterea potest etiam, si nō fuit grando talis cum defertur, corrotundari, & toties p spaciū aeris densi deuoluta æqualiter atq; in orbē teri. Quod nūc pati non potest, quia nō est tam solidā, iūo quia tā fusa est, & non p magnā altitudinē cadit, sed circa terras initii eius est. Ita non longius illi p aera, sed ex proximo laplū est. Quare nō & ego idē mihi pmittam, quod Anaxagoras. Inter nullos magis q; inter philosophos esse debet æqualitas. Grando nūbil aliud est q; suspensa glacie. Nix in pruina pendēs cōgelatio. Illud enim iam diximus, quod inter aquam & uorem interest, hoc inter pruīnā & glaciē, necon inter niuem & glaciē interesse. Poteram me peracta quæstione dimittere, sed bene mēsum dabo, & quomodo cœpi tibi molestus esse. Quicquid in hoc loco queritur, dicam. Quæritur aut̄, quare hyeme nūtingat, nō grandinet, & uere iam frigore infraacto grando cadat. Nam, ut fallar tibi, uerum mihi quidē p suadetur. Me usq; ad mediacū haec leuiora, in quibus os præscidi, nō oculi erū solent, credulū p rasto. Hyeme aer riget, & ideo nondū in aquam uertitur, sed in niuem, cui aer propior est. Cum uer coepit, maior inclinatio tēporis sequitur, & calidit, ore celo maiora sunt stillicidia. Ideo ut ait Vergilius noster, Cum ruīt imbriserū uer, uehementi immutari est aera undiq; patefacti & soluentis se, ipso tempore adiuuante. Ob hoc nūmī graues magis uastigia q; pertinaces deferuntur. Bruma lenta pluuias habet & tenues, quales saepe solent interuenire, cu pluia rara & minuta, niuem quoq; ad mixtam habet. Dicimus niualem diē, cū altum frigus, & triste celum est. Præterea Aqui lone flante & suū colē habente, minutæ pluiae sunt. Aufro imber improbor est, & gutte pleniores. Rem a nostris positam nec dicere audeo, quia infirma uidetur, nec præterire. Quid enim malū est aliquid & faciliori iudici scribere. Immo si omnia argumēta ad lancem cōperimus exigere, silentium indicetur. Pauca etiā admodum sunt sine aduersario. Cetera etiā si uincunt, litigant. Aliunt uere quicquid circa Scythiam & Pontum & Septentrionale plagam, glaciatiū & abstrictū est, relaxari. Tunc flumina gelata dilectae, tunc obrutus montes niues soluere. Credibile est ergo frigidos spiritus inde inferri, & uero cōlō immisceri. Illud quoq; adiūcunt, quod nec sum expertus, nec experiri cogito. Tu quoq; cēso, si uolueris uerum exquirere, niuem ita caue, experiaris. Minus algere aiunt pedes eorum, qui fixam & duram niuē calcant, q; eorum qui tenerā & labefactam. Ergo si nō mentiunt, quicquid ex illis septentrionalibus locis iam disurbata niue & glacie frangēte se fertur, id meridianā partis teperit iam humidumq; aera alligat, & pstringit. Itaq; cū pluia futura erat, grando fit, iniuria frigoris. Non tempore mihi quo minus omnū nostrū ineprias proferā, quosdā peritos obseruandarū nubis esse afūrman, & prædicere cū grando uentura sit, & hoc intelligere usū ipso potuere, cum colorē nubū nota sentit, quē grando toties insequēbā. Illud incredibile Cleonis fuisse publicē prepositos χαλεψιναι speculatorēs futura grandinis. Hic cum signū declinant adesse iam grandinē, quid expectas ut homines ad penulas discurrent, aut ad scoreas. Immo pro se quisq; alius agnū imolabat. Altus pullum, protinus illae nubes alio declinabant, cum aliquid gustasent sanguinis. Hoc ridet. Accipe quod rideas magis. Si quis nec agnū pullum habebat, quod sine damno fieri poterat, martius sibi afferebat. Et ne tu audias aut crudelēs existimes nubes, digitum suū bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus ab huius agello grando se auertebat, q; ab illo in quo maiori bus hostijs exorata erat. Rationem huius rei quidā quarunt. Alteri ut homines sapientissimos decerit, negant posse fieri, ut cum grandine aliquā paciscatur, & tempestates multū redimant, q; uis munera & deos uincant. Alteri suscipiā ipsos aut̄, esse in ipso sangue uim quandam potentem auertendae nubis, ac repellendā. Sed quomodo in tam exiguo sanguine potest esse uis tanta, ut in altum penetret, & illam sentiat nubes. Quan-

Quare grā
do sit rotū
da.

Quid gran
do.

ui. grādinā
obseruato
res.
Forē i sto
reas.

Ridicule
noſtri tēper
estate tūtin
nabulū ab
gi putans.

N 2 to expedit

Vineas ne
excitassito

to expeditius erat dicere, mendacium & fabula est. At Cleon^x iudiciorum reddebat in illos, quibus delegata erat cura prouidende tempore, quod negligenter eorum uincere uapularent, aut segetes procidissent. Et apud nos in duodecim tabulis cauetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebat, & attrahit imberes cantibus & repelli, quorum nihil posse fieri tam palam est, ut huius rei causa nullius philosophi schola intranda sit. Vnam rem ad hoc adiiciam, & fauere, ac plaudere te iuuabit. Aiu*n* uem in ea parte aeris fieri, quae prope terras est. Hanc enim plus habere caloris ex qua tuor causis. Vna, quod omnis terrarum euaporatio, cum multum in se feruidi aridus haec beat, hoc est calidior, quo recentior. Altera quod radix solis a terra resiliunt, & in se curunt. Horum duplicitio proxima quaeque a terris calefacit. Quae ideo plus habet temporis, quia solem bis sentiunt. Tertia causa est, quod magis superiora perflantur. At quaeconque depresso sunt, minus uentis uerberatur. Accedit his ratio Democriti. Omne corpus quo solidius est, hoc calorem citius cōcipit, & diutius seruat. Itaque si in solem posueris aeneum vas & uitreum & argenteum, aeneo citius calor accedit, diutius harebit. Adiicit deinde quare hoc existimet fieri. His, inquit, corporibus, quae duriora & prestiora densiora sunt, necesse est minora foramina esse, & tenuiorem in singulis spiritum. Sequitur, ut quaeadmodum minora balnearia & minora foramina citius calefiunt, si haec foramina esse occulta & oculos effugientia, & celerius seruorem sentiant, & propter easdem angustias quae quid reperunt tardius reddant. Hac longe preparata ad id, pudicunt, de quo nūc queritur. Omnis aer quo propior est terris, hoc crassior. Quoadmodum in aqua & in omni humore sexima est, ita in aere spississima quaeque descendunt, iam autem probatum est omnia, quo crassioris solidiorisque materia sunt, hoc fidelius custodire calorem recepti, sed editior aer quo longius a terrarum colluvie recessit, hoc superioris puriorque est. Itaque sole non retinet, sed uelut per irane transmittit, ideo minus calefit. Contra autem quida aiunt camina montium hoc calidiora esse debere, quo propiora soli sunt. Qui nihil uidentur errare, quod Apennini & Alpes & alios notos ob exciam altitudine mōtes, instantiū putant crescere, ut illorum magnitudo sentire solis uicinia possit. Excelsa sunt ista quae diu in obi cōparatur. At uero ubi ad uniuersum respexeris, manifesta est omnium humilitas. Inter se uincunt, & uincuntur. Ceterum intantum nihil attollitur, ut collatio totius nulla sit, uel maximis portio, quod nisi esset, non diceremus totum orbem terrarum pilam esse. Pilae proprietas est cum aequalitate quadam rotunditas, ad aequalitatem ducta. Hanc autem accipe, quam uides in lusoria pila. Non multum illi cōmīsura rimarum nocent, quo minus par sibi ab omni parte dicatur. Quomodo in hac pila, nihil illa interualla officiū ad speciem rotundi, sic nec in uniuerso quidem orbe terrarum, editi montes, quorum altitudo totius mundi collatione consumit. Qui dicit altiorem montem, qui solem propius excipiat, magis calere debere, idem dicere potest longiorem hominem citiusque pufillū de bere calefieri, & citius caput eiusque pedes. Atque quisquis mundū mensura sua astimauit, & terram cogitauerit tenere punctū locum, intelliget nihil in illa posse ita eminere, ut celestia magis lentiat, uelut in propinquū illis accesserit. Mōtes isti quos supincimus, & uertices aeterna niue obsessi, nihilominus in uno sunt, & propius quidem soli est mons, que campus aut uallis, sed licet, quo modo est ipsi pilo grossior, arbor arbore, & mons monte maior esse dicitur. Isto enim modo, & arbor & alia magis, que alia, dicentur uicina celo, quod falsum est, quia inter pufilla non potest esse magnum discriminē, nisi dum inter se conturantur. Vbi ad collationem immensi corporis uentum est, nihil interest quantitatis alterum altero maius, quia etiam si magno discriminē, tamen minima uincuntur. Sed ut ad propositum revertar, propter has quas retuli causas, placuisse placuit, in ea parte aeris, niuem cōcipi, quae uicina terris est, & ideo minus alligari, quia minore rigore coit. Nam uicina aer plus habet frigoris, que ut in aquam & imbre trāseat, & minus que ut duretur in grandinem. Hic medio frigore non nimis intento niues sunt coactis aquis. Quid istas iniquas ineptias, quibus nec literatior est quisque, nec melior, tam operose psequevis? Quo modo stant niues dicis, cum multo magis ad nos dici a te pertineat, quare emenda non sint niues. Haha iubes me cum luxuria litigare. Quotidianū istud & sine effectu iurgiū est. Litigemus tamen, etiam si superior futura est, pugnantes ac reluctantates uincat. Haec ipsum inspe-

ipsam inspectionem naturae nihil iudicas ad id, quod tuis conferre. Cum querimus, quomodo nix fiat, & dicimus illa pruinæ simile habere naturam, plus illi spiritus que aquæ inesse, non putas exprobari illis, cum emere aquam turpe sit, si nec aqua quidem emuntur. Nos uero queramus potius quomodo stant niues, que quomodo seruantur, quoniam non contéti uina diffundere ueterana, per sapores aratesque disponere, inuenimus quod stiparemus nitem, ut ea aestate euinceret, & contra anni feruore defendere loci frigore. Quid hac diligentia consecutus sumus? Nempe ut gratia mercemur aqua. Nobis dolet, quod spiritum, quod sole emere non possumus. Quod hic aer etiam delicatus diuitibusque ex facilis nec emptus unenit. O que nobis male est, quod quisque a rerum natura in medio relictum est. Hoc quod illa fluere & patere omnibus uolunt, cuius haustus uita publicum fecit, hoc quod tam homini queferis aufibusque, inertissimis animalibus, in usum large ac beathe profundit, contra se ingentia luxuria redegit ad precium. Adeo nihil potest illi placere, nisi charum. Vnum hoc erat, quod diuites in aqua turba deduceret, quo uno nec possent antecedere pauperum illi, cui diuitia molesta sunt, excoagulatum est, quemadmodum etiam caperet aqua luxuriam. Vnde ad hoc puentum sit, ut nulla nobis aqua satis frigide uidere quae fluere, dicam. Quadiu sanus & salubris cibū capax stomachus est, impleturque, non premis, naturalibus somnis contentus est. Vbi quotidiani cruditatis non temporis aestus, sed suos sensit, ubi ebrietas cōtinua uisceribus infedit, & præcordiale in quod uertitur torret, aliquid necessario queritur, quo aestus ille frigatur, qui ipsi aquis incalcat, remedij incitat uitium. Itaque non aestate tantum, sed media hyeme niuem hac causa bibunt. Quia huius rei causa est, nill interstinctū malum, & luxu corrupta præcordia, quibus nullum interuallum unquam quo interquiescerent datum est, sed prandia, cœsi usque in lucu pductis, ingesta sunt, & digesta copia ferculorum ac uarietate, comefactio altius merlit. Deinde nunc intermissa intemperantia, quicquid ante decoxerat, efferauit, & in desideriū semp noui rigoris accedit. Itaque quae coenationē uelis ac specularibus muniant, & igne multo doment hymen, nihilominus stomachus ille solutus & aestu suo languidus, querit aliquid quo erigatur. Nam sicut animo rictos stupentesque aqua frigida spargimus, ut ad sensum sui reheat, ita uiscera iſtorum intus torpientia nihil sentiunt, nisi frigore illa uehemantore persisteret. Inde est, inquit, que nec niue cōtentū sunt, sed glaciē, uelut certior illi ex solidō rigor sit, exquirunt, ac sepe repetitis aquis diluunt. Non quae e summo tollit, sed ut uim arietem habeat, & pinnacius frigus ex abdito effuditur. Itaque ne unū quidem eius est precium, sed habet in scitores aqua, & annona, & pudore uariā. Vnguetarios Lacedemoniū urbe expuleret, & propere cedere scitibus suis iusterunt, quia oleum disperderent. Quid illi fecerint, si uidissent reponenda niue officinas, & tot uimenta deportandas aqua deseruerent, ita cuius calorem saporesque paleis, quibus custodiunt, inquinat. At Di boni, que facile est extinguere sūtū sanam. Sed quid sentire possunt emortuas fauces, & occallatas cibis ardentibus? Quemadmodum nihil illis satis frigidū, si nihil calidū illis satis est. Sed ardentes boletos, & raptim indumento suis mersatos, demittunt pene fumantes, quos defende rei stinguunt niuatis potionibus. Videbis inquit quodā gracie, & palliolo focali, circūdator, pallentes & egros, non forbentes solū niuem, sed etiam esse, & frusta eius in ciphos suis deprecere inter ipsam bibendī morā. Sitim ista esse putas? Febris est. Et quidē eo actior, quod nāctu uenaret, nec in cutē effuso calore deprehendit. Sed cor ipsum excoquit luxuria, inuictū malū, & ex molli fluidoque durū atque patiēs. Non intelligis oia cōsuetudine uim suā pdere? Itaque nix ista, in qua etiam iā natatis, eo puenit usū ad quotidianū stomachi seruite, ut aqua locū obtineat. Aliqd adhuc querite illa frigidius, quia p nihilo est familiaris vigor.

Libri quarti naturalium questionum finis.

LVCII ANNEI SENECAE NATURALIVM QVAESTIONVM LIBER QUINTVS, in quo de uenti & aeris motu agitur.

VENTVS est fluenſ aer. Quidam ita diffinierunt, Ventus est aer fluenſ in unam partem. Hac diffinitio uidetur diligenter, quia nunquam aer ē immobile est, ut non in aliqua sit agitatione. Sic tranquillum mare dicitur, cum leuiter comouetur, nec in unam partem inclinatur. Itaque si legeris, Cum placi

N 3 dū uētis

Cōtra De/
mocritū uē
tum ex coa
ctis atomis
oriri dicere.

Ventorum
causa.

dum uentis staret mare, scito illud non stare, sed succuti leuiter & duci, tranquillum est; quia nec hoc nec illo impetum capiat. Idem & de aere iudicandum est, non esse unq; im mobilem, etiam si quietus sit. Quod ex hoc intelligas licet, cum sol in aliquā clausum lo- cum infusus est, uidemus corpuscula minuta in aduersum ferri, alia solum, alia deo solum varie concurvantia. Ergo parum diligenter comprehēdit quod uult, qui dixit, flatus est maris agitatio, quia tranquillum quoq; agitatur. At ille abunde sibi cauit, cuius hæc diffi- nitio fuit. Flatus est maris in unam partem agitatio. Sic in hac re, de qua nunc maxime quærimus non circumscribetur, qui ita se geslerit, ut dicat. Ventus est fluens aer in unam partem. Aut, uetus aer est fluens impetu, aut uis aeris in unam partem euntis, aut cursus aeris in aliquo concitatior. Scio quid responderi pro diffinitione altera possit. Quid ne- cessitatem est ad iſcē te in unam partem fluens aer? Vtq; enim quod fluit, in unam partem fluit. Nemo aquam fluere dicit, si tantum intra se mouetur, sed si aliquo fertur. Potest ergo aliquid moueri & nō fluere, & econtrario nō potest fluere, nisi in unam partem. Sed si hac breuitas satis a calamita tutta est, hac utamur. Si uero aliquis circūspectior est, uer- bo non parcat, cuius affectio cavillationē omnē poterit excludere. Nunc ad ipsam rem accedamus, quoniam satis de formula disputatum est. Democritus ait, cum angusto inani multa sunt corpuscula, qua ille atomos uocat, sequi uentum. At contra quietum & placidum aeris statum esse, cum in multo inani pauca sunt corpuscula. Nam quemadmodum in foro aut uico qd; diu paucitas est, sine tumultu ambulant, ubi turba in angustum cucur- rit, aliorum in aliis incidentium rixa fit, sic in hoc quo circumdati sumus spacio, cum exiguum locū multa corpora impleuerint, necesse est alia alijs incident & impellant ac re- pellantur, implacenturq; & comprimantur, ex quibus nascitur uentus, cum illa que collu- tabantur incubuerit, & diu fluctuat ac dubia inclinauerit. At ubi in magna laxitate corpora pauca uersantur, nec arietare possunt, nec impelli. Hoc falso sum uel ex eo col- ligas licet, qd; tūc minime uentus est, cum aer nubilo grauis est. Atqui tūc plurima corpo- ra in angustum contulerit, & inde est spissior nubium grauitas. Adiice nunc qd; circa flu- mina & lacus frequens nebula est, artatis cōiunctiōne corporibus, ne tamen uentus est. Interdum uero tanta caligo effunditur, ut conspectum in uicino stantib; eripiat, quod nō eueniret, nisi in paruum locum corpora se multa compellerent. Atqui nullū tempus ma- gis qd; nebulosum caret uento. Adiice nunc, quod econtrario uenit, ut sol matutinū aera spissum & humidū ortu suo tenuet. Tunc surgit aura, cum datum est laxamentū cor- poribus, & constipatio illorum ac turba resoluta est. Quomodo, inquis, ergo uenti sūt, quos nō negas fieri? Nō uno modo. Alias enim terra ipsa magnam uim aeris ejicit, & ex abdito spirat. Alias cū magna & cōtinua ex iōna evaporatio in altum agit, quae merserat, immutatio ipsa aliquius mixti in uentum uertit. Illud enim nec (ut credam) mihi persua- deri potest, nec (ut taceam) quomodo in nostris corporibus ex cibo sit inflatio, quae non sine magna iniuria emittitur, & uentre interdum cum sono exonerat, interdum secre- tius. Sic putant & hanc magnam rerum naturam alimenta mutantem emittere spiritū. Bene nobiscum agitur, quod semper excoquit. Alioquin imundius aliquid timeremus. Nunquid ergo hoc uerius est, dicere multa ex omni parte terrarum & assida fieri cor- puscula, quae cum coaceruata sunt, deinde extenuari sole coepirint, quia omne qd; in an- gusto dilatatur, spaciū maius desyderat, uentus existit? Quin ego hāc solam esse causam uenti existim, aquarū terrarumque euaporationes. Ex his grauitatē aeris fieri, deinde sol ui impetu, cūq; densa steret, ut est necesse, exēuata nitū inter ampliorem locū. Ego uero & hanc iudicio. Caterum & illa est longe uerior causa, ualentiorq;, habere aera na- turalem uim mouendi se, nec aliunde cōcipere, sed inesse illi ut aliarum rerum, ita huius potentiam. An hoc existimas, nobis datas uires esse, quibus nos moueremus, aera autē relictū & inertem, & inagitablem esse, cum aqua motu suū habeat, etiam uentis quiesce- tibus, nec enim aliter animalia edere posset. Muscū quoq; innasci aquis, & herboſa quae- dam uidemus, summo innatā. Est ergo aliquid in aqua uitale. De aqua dico: Ignis qui omnia consumit, quedam creat, & quod uideri non potest simile ueri, sed tamen uerum est, animalia igne generari. Habet ergo aliquam uim talē aer, & ideo modo spissat se, mo- do expandit se et purgat, et alias contrahit, diducit, ac differt. Hoc ergo interest inter aer- et uentum

ra & uentum, quod inter lacum & flumen, aliquid per seipsum solum caufa uenti est, fundens rigenter aera, & ex denso coactoq; explicans. In uniuersum de uētis diximus. Nunc iterum incipiemus illos excutere. Fortasse apparebit quemadmodum fiant, si ap- paruerit, quando & unde procedant. Primū ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminib; aut ex conuallibus, aut ex aliquo līnu feruntur. Nullus ex his pīnax est, sed cadit fortiore iam sole, nec fertur ultra terrarum conspectum. Hoc uentorum ge- nus incipit uere, nec ultra æstatem durat. Et inde maxime uenit, ubi aquarū plurimū & montium est. Plana licet abundant aquis, tamen carent aura, hac dico, qd; p uento ua- let. Quomodo ergo talis flatus cōcīpit, quem Grāci ενοτίων uocant? Quicquid ex se paludes & flumina emittunt (id autem & multū est & assidū) per diem solis alimentum est, nocte exhaustur montibus inclusum, & in unam regionem colligitur. Cum illa im- pleuit, & iam se non capit, sed exprimitur aliquo & in unam partem procedit, hic uetus est. Itaq; ex incumbit, quo liberorū exitus inuitat, & loci laxitas, in quam coaceruata de- currant. Huius rei argumentū est, p prima noctis parte non spirat. Incipit enim fieri tūc illa collectio, qua circa lucem, iam plena est, & onerata quarit, quo defluat, & eo potissi- mum exit, ubi plurimū uacuū est, & magna ac patens⁺ aera. Ad iſcē autem ei stimulos or- tus solis, seriens gelidum aera. Nam etiam anteq; apparet, lumine ipso ualeat, & nondū quidem aera radij impellit, iam tantum lacessit & irritat, luce præmissa. Nam cum ipse præcessit, alia superius rapiuntur, alia finiuntur repore. Ideo non ultra matutinū illis da- tur fluere, omnis illorum uis conspectu solis extinguitur, etiam si ualētores flauere. Cir- ca medium tamen diem relangueſunt, nec unq; ulq; in meridiē aura producitur. Alia au- tem imbecillior ac brevior est, prout ualentioribus minoribus collecta causis est. Qua- re tamen tales uenti uere & aestate ualidiores sunt. Leuissimi enī certara parte anni, nec q; uela implant, surgunt. Quia uer aquosus est, & plurimis locis ob humidā coeli naturā fa- turis & redundantibus, maior euaporatio est. At quare aestate aque profunditur? Quia post occasum solis remanet diuturnus calor, & magna noctis parte perdurat. Qui euocat exuentia, ac uehementius trahit, quicquid ex his sponte reddi solet, deinde non tantum habet uirū, ut quod euocauit, abfluat. Ob hoc diutius corpuscula emanare solita & ef- flare, terra ex se atq; humorē mittit. Facit autē uentum sol ortus, nō calore tantum, sed etiā iſtu. Lux enim (ut dī) qua solem antecedit, nondum aera calefacit, sed percūit tūtum, percūs autem in latus cedit. Quanq; ego ne illud quidem cōcesserim, lucem ipsam si ne calore esse, cum ex calore sit. Non habet forsan tantū temporis, quātū tacuīt apparet. Opus tamen suū facit, & densa diducit ac tenuat. Præterea loca qua aliquid iniquitate na- turā ita clausa sunt, ut solem accipere nō possint, illa quoq; nubila & tristī luce caleſiūt, & per diem minus qd; noctibus rigent. Etiam nunc natura calor omnis abgit nebulas, & a se repellit. Ergo sol quoq; idem facit. Et ideo (ut quibusdam uidetur) inde flatus est, unde sol. Hoc falso esse ex eo apparet, qd; aura in omnem partem uehit, & contra ortum ple- nis uentis navigatur. Quod non eueniret, si semper uentus ferretur a sole. Etesiae quo- qd; qua in argumentum a quibusdā aduocantur, nō minus propositū adiuant. Dicā pri- mū quid illis placeat, Deinde cur displiceat mihi. Etesiae, inquit hyeme nō sunt, quia bre- uissimis diebus sol desinit, prius qd; frigus euincat. Itaq; niues & ponuntur & durantur. Aestate incipiūt flare, cū & longius extendit dies, & recti in nos radij dirigunt. Veri ergo simile est, concusſas calore magno niues plus humiliū efflare. Item terras exoneratas niue, retectasq; spirare liberiorū. Item plura ex septentrionali parte coeli corpora exire, & in hac loca qua remissa a tepidiora sūt, deferri. Sic impetu Etesiae sumere, & ob hoc a solstitio illis initū est, ultraq; ortū canicula nō valent, quia tā multū & frigida coeli par- te in hanc egestum est. Ac sol mutato curlu in nostrā rectior tendit, & alteram partem aeris attrahit, aliam uero impellit. Sic ille Etesiarum flatus aestate frangit, & a mensium feruentissimorū grauitate defendit. Nunc quod p̄misī dicendū est, quare Etesiae nos nō adiuent, nec quicq; huius cōferant causa. Dicimus ante lūcē auram incitari, tandem subsi- dere, cū illā sol attigit. At quia Etesiae ob hoc somnīculos a nautis & delicati uocantur, qd; ut ait Gallio) mane nesciunt surgere, eo tempore fere incipiunt prodire, quo ne pertinax quidē aura est, quod nō accideret, si ut aurā, ita illos sol cōmoueret. Adiice nūc, quod si

Quare Ere-
sī dicatur
sommīculos,
si.

causa illis flatus est spaciū diei ac longitudo, etiā ante solstitiū flarent, cū longissimi dies sunt, & cum maxime nubes tabescunt. Julio enim mense iam dispoliata sunt omnia, aut certe admodum paucā facent adhuc sub nube. Sunt quādā genera uentorum quae rupta nubes & in pronum soluta p̄mittunt. Hos Graci uentos atmaphas uocant. Qui hoc (ut puto) modo fūt, cum magna inaequalitas ac dissimilitudo corporum, quae uapor terrenus emitit in sublimē, eat, & alia ex his corporibus sicca sint, alia humida. Ex tanta discordia corporum inter se pugnantū, cum in unum cōglobata sunt, uerisimile est quādam causā effici nubes, & inter ualla inter illas relinquitū sūtūlōsa, & in modū tibī angusta. His interuallis tenuis includitū spiritus, qui maius defuderat spaciū, cum euerberat curſu parum libero incaluit, & ob hoc amplior fit, scinditq; cingentia, & erūpt in uentum, qui fere procellosus est, qui superne demittit, & in nos cadit uehemēs & acer, quia nō fūsūs nec per apertū uenit, sed laborat, & iter sibi uia pugna parat. Hic fere breuis status est, quia receptacula nubiū p̄ qua ferrebatur, ac munimēta perrumpit. Ideo tumul tuos uenit aliquādo, nō sine igne ac sonō coeli. Hic uenti multo maiores diuiniuersi sunt, si alios quoq; flatus ex eadē cauſa ruentes in se abstuleret, & in unum cōfluxere plures, sicut torrentes modicae ualitudinis eunt, qđiū separatis suis cursus est. Cū uero plures in se aquas conuerte, fluminū iustorum ac perheniū magnitudinē exceedunt. Idē credibile est fieri & in procellis, ut sint breues, qđiū singula sunt, ubi uero sociauerū uires, & pluribus coli partibus elius spiritus eodē se contulit, & impetus illi accedit & mora. Facit ergo uentum resolute nubes, que plurimis modis soluitur. Nōnunq; cōgloباتionē illam spiritus rumpit, nōnunq; inclusi & in exitū nitentis luctatio. Nōnunq; calor, quem modo sol fecit, modo ipsa arietatio, ut magnum orū inter se corporum attritus. Hoc loco si tibi uidetur queri potest, cur turbo fiat, qui eueniens in fluminū solet, ut qđiū sine impedimento feruntur, simplex & rectū illi iter sit, ubi incurrere in aliquod sa- xum ad latus ripa prominentes, retorquentur, & in orbem aquas sine exitu flecat, ita ut circulata inter se sorbeantur, & uorticem efficiant. Sic uentus qđiū nihil obstat, uires suā effundit. Vbi aliquo promontorio repercutit, aut ui locorum coeuntū in canale conuexam tenuemq; collectus, sepius in se uolutatur, similemq; illis, quas diximus conuerti, aq; uis facit uorticem. Hic uentus circumactus et eundem ambiens locum, ac seip- sa uertigine concitans, turbo est. Qui pugnator si est, ac diutius uoluntatus, inflammaet & efficit, quem nōnq; Graci uocant. Hic est igneus turbo. Sed fere omniā pericula uenti erupti de nibus produnt, quibus armata rapiantur, & tota naues in sublime tollant. Etiam nunc quia uentos diuersos ex se generant, & impulsu aeris in alias quoq; partes, qđiū in quas ipsi inclinare, dispersūt, illud quoq; dicam, quod mihi occurrit, quemadmo- dum stillicidia, qđiū iam inclinent se & labantur, nondum tamē effecere lapsum, sed ubi plura coiere, & turba uires dedit, tunc fluere & ire dicūt, sic qđiū leues sunt aeris mo- tus agitat, pluribus locis, nondum uentus est, tūc enim incipit, cum omnes illos miscuit & in unum impetum contulit. Spiritum a uento modis separat, uchementor enim sp̄ritus uentus est, inuicem spiritus leuiter fluēs aer. Repetam nunc quod primo dixeram edi & specu uentos, receſſiūq; interiore terrā. Non tota solidō cōtextu terra in unū usq; fundatur, sed multis partibus caua, & cæcis suspēſi latebris, alicubi habet inania sine hu- more. Ibi etiā si nulla lux discrīmē aeris monstraret, dicā tamē nubes nebulasq; in obscu- ro confūtere. Nā ne hāc quidē supra terras, quia uident, sunt, sed quia sunt, uidentur. Illic quoq; nihilominus ob id lunt, qđ non uident, flumina. Illic scias licet nostris paria sublabi, alia leuiter ducta, alia in confragosis locis precipitando sonantia. Quid ergo non illud aque dabis esse aliquos & sub terra lacus, & qualidam aquas sine exitu stagnare? Quā si ita sunt, necesse est & illud aera onerari, oneratumq; incumbere, & uētū propulsū suo concitare. Ex illis ergo subterraneis nibus sciemus nutriti inter obfūcta flatus, cū tan- tum uirium fecerint, quantum aut terra obstantia auferant, aut aliiquid apertum ad hos efflatus iter occupent, & per hanc cavernā in nostras fedes efferantur. Illud uero manifeſtum est, magnam esse lumbis uim sulphuris, & aliorū nō minus ignē alementū. Hac lo- ca cū se exitū quarens spiritus torſit, accedat flammā ipso obſtrictū necesse est. Deinde flāmis latius fūtis, etiā siq; ignauia aeris erat, extenuatū moueri, & uiam cū fremitu vasto atq; impe-

atq; impeſtu quārere. Si hoc diligenter p̄sequar, cum queram de morib⁹ terra, nūc mihi permitte narrare fabulam. Asclepiadotos autor est. Demiſſos qđ plurimos a Philip- po in metallū antiquū olim deſtitutum, ut explorarent quā ubertas eius eſet, quis ſta- tus, an aliquid futuris reliquias uetus auaritia, deſcendisse illos cū multo lumine, & mul- tos durasse dies, deinde longa uia fatigatos, uidiſſe flumina ſingentiā, & cōceptus aquaz inertiū uastos, pares noſtri, nec comp̄effos quidē terra ſupremiante, ſed libere laxi- tatis, nō ſine horrore uifos. Cum magna hāc legi uoluptate, intellexi enim ſaculum no- ſtrum, non nouis uitij, ſed iam ante antiquitas traditiſ laborare, nec noſtra atē primū auaritiam, uenas terrarum lapidumq; rimatā, in fenebris male obſtruta quāliſſe. Illi ma- iores noſtri quos celebramus laudibus, quibus diſsimiles querimur nos eſe, ſpe duci, montes cediderunt, & ſupra lucrum ſub ruina ſtererunt. Ante Philippū Macedonēs re- ges fuere, qui pecunia in altissimis uisq; latebris ſequerent, & recto ſpiritu liberog; in il- los ſe demittere ſpecus, in quos nullum noctū dierumq; pueniret diſcriſem, a tergo lu- cem relinquerent. Quā tanta neceſſitas hominem ad sydera ere- cūtū incurauit & defodit, & in fundū telluris intima merlit, ut erueret aurum nō mi- nore periculo querendum, qđ poſſidēt. Propter hoc cuniculos egit, & circa pradam ſtūtulentam in certamq; reprauit, oblitus rerum natura melioris, a qua ſe auertit. Nulli ergo mortuo terra tam grauiſ ſtūt, qđ iſtis ſupra quos auaricia ingens terrarum pondus inie- cit, quibus abſtulit coelum, quos in imo illud malum, ubi uitius latitat, infodit. Illo deſcen- dere auli ſunt, ubi nouam rerum poſitionē terrarumq; pendentiū habitus, uentosq; per circum inane experientur, & aquarum in illis ſluentū horridos fontes, & altam perpe- tuuamq; noctem. Deinde cum iſta fecerint, inferos metuant. ſed ut ad id de quo agitur reuertar, uenti quatuor ſunt, in ortū, occidū, meridiem, ſeptentrionemq; diuisi. Cæ- teri quos uarijs nominibus appellamus, his applicātur. Eurus ad auroram Nabathæq; regna reſeffit, Persidasq; & radijs iuga ſubditā matutinis. Vesper & occiduo qua littora ſole tepeſcent. Proxima ſunt c̄phyrō, Seythiam ſeptemtriones Horrifor inuauit Bo- reas, cōtraria tellus Nubibus aliud ſluuiog; madelicit ab Aſtro. Vel iſi breuius illos cōples c̄ti mauli, in unā tempeſtā (quod fieri nullo modo poſt) congregēt. Vna Eu- rulq; Notuſq; ruunt, creberq; pcellis Africus, Et qui locū in illa rixa non habuit, Aquilo. Quidā illos duodecim faciunt. Quatuor enī cœli partes in ternas diuidit, & ſingulis uē- ſis binos ſufficiens dant. Hac arte Varro uir diligēs illos ordinat, nec ſine cauſa. Nō em̄ eodē ſemp loco ſol oritur, aut occidit. Sed alius eft ortus occaſuſq; aequinoctialis. Bis aut̄ æquinoctiū eft. Alius ſolſticialis, Alius Hybernus. Qui ſurgit ab oriēte aequinoctiali, Sub- ſolanus apud nos dicitur, Graci illum ḥorū ſuſtū uocat. Ab oriēte Hyberno Eurus exit, quem noſtri uocauere Vulturū. Et Liuus hoc illū nomine appellat, in illa pugna Ro- mis parum prospéra, in qua Hanibal & contra ſolem orientē exercitū noſtrū, & cōtra uentū conſtituit, cū uenti adiutorio ac fulgoris p̄ſtrigentis oculos hostium uicit. Varro quoq; hoc nomē uifpat. Sed & Eurus iam ciuitate donatus eft, & noſtro ſermoni non tanq; alienus interuenit. Ab oriente ſolſticiali excitatū, Graci nānī ay appellant, apud nos ſine nomine eft. Aequinoctialis occidentis Fauoniū mittit, quē Zephyrum eſt dicit tibi, etiam qui gracie neſciunt loqui. A ſolſticiali occidente, Chorus uenit, qui apud quodam Argeſtes dicitur. Mihi nō uidetur quia Chorū uolenta uis eft, & in unam partem rapax. Argeſtes fere mollis eft, & tam euntibus communis qđ redeuntibus. Ab occiden- te hyberno Africus ſuriundus & ruens, Apud Gracos lib⁹ dicitur. A ſeptentrionali la- tere ſummus eft Aquilo. Medius ſeptentrio. Imus Trachias. Huic deefit apud nos uoca- bulum. A meridiāno axe Euronotus eft. Deinde Notus latine Auster. Deinde Libo- tus, qui apud nos ſine nomine eft. Placet autem duodecim uentos eſſe, non quia ubiq; tot ſint, quodam enim inclinatio terrarum excludit, ſed quoniam plures nū ſquam ſunt. Sic calus ſex dicimus, non quia omne nomen ſex recipit, ſed quia nullum plures qđ ſex. Qui duodecim uentos eſſe dixerunt, hoc ſecuti ſunt, totidem uentorum eſſe, quot cœli diſcrimina. Coelū em̄ diuidit in círculos qnq; qui p̄ mūdi cardines eunt. Eft ſeptentriona- lis, Solſticialis, Aequinoctialis, Brumalis, & cōtrarius ſeptentrionali. His ſextus accedit, qđ ſuperiore partem mundi ab inferiore ſecernit, ut ſcis enim dimidia pars mūdi ſemp ſu- pra, dimidia

Quattuor
uenti cardi-
nales ut de-
ſcribit Oví-
dius.

Alt̄ ſubdi-
tos.

pra, dimidia infra est. Hanc lineam qua inter aperta & occulta est Graci optima vocant, nostri finitorem dixerunt, alii finientem. Adiiciendus est ad hunc meridianus circulus, qui oris contra rectis angulis secat. Ex his quidam circuli in transuersa currunt, & alios interueniunt suos scindunt. Necesse autem est tot aeris discrimina esse, quot partes. Ergo orisont siue finiens circulus, quinq; illos orbes, quos modo dixi fieri, secat, & efficit decem partes, quinq; ab ortu, quinq; ab occasu. Meridianus circulus, qui in orisonta incurrit, regiones duas adiicit. Sic duodecim aeris discrimina accipit, & totidem facit uentos. Quidam sunt quorundam locorum proprii, qui non transmittunt, sed in proximis feruntur. Non est illis a latere unius mundi impetus. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapix, Athenas Scyron, Pamphiliam Chagenus, Galliam Cirtius, cui aedificia quassanti, tamen incola gratias agunt, tanq; salubritatem coeli sui debeant ei. Diuus certe Augustus templum illi, cum in Gallia moraretur, & uouit & fecit. Infinitum est, si singulos uelim prosequi. Nul la enim propemodum regio est, qua non habeat aliquem flatum ex se nascentem, & circa eadem. Inter cetera itaq; prouidentia opera, hoc quoq; aliquis, ut dignus admira tione susperexit. Non enim ex una causa uentos aut inuenit, aut per diversa dispositus. Sed primus ut aera non sineret pigrel cere, sed aliud uexatione utiliter redderet, vitaleq; terris. Deinde ut imbreis terris subministrarent, idemq; nimios compescerent. Nam modo adducunt nubes, modo deductum, ut per totum orbem pluviae diuidi possent. In Italiam Auster impellit, Aquile in Africam reiicit, Etesia non patiuntur apud nos nubes co sistere. Idem totam Indiam & Aethiopiam cotinus per id tempus quis irrigat. Quid q; fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua & mixta seruandis uentilantur, nisi esset quod segetem excitaret, & latentem frugem ruptis uelamentis suis, quae folliculos agricolae vocant, adaperirent. Quid quod omnibus inter se populis cōseruum dedit, & gentes dissipatas locis miscuit. Ingens natura beneficium, si illud in iniuria suam non uerat hominū furor. Nunc quod de Calare olim maiore uulgo dictata est, & a Tito Lilio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci reipublica profuerit, an non nasci, dici etiam de uentis potest, adeo quicquid ex illis utile & necessarium est, non potest his re penari, qua in pniectum suam generis humani dementia excoxit. Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si uitio male utentium nocent. Non in hoc prouidentia ac dispositori ille mundi deus, aera uentis exercendus dedit, & illos ab omni parte, ne qd esset situs squa lidum, effudit, ut nos classes parte freti occupaturas compleremus militi armato, & hostem in mari aut post mare inquireremus. Quae nos dementia exagit, & in muuum compellit exitum? Vela uentis damus bellū paraturi, & periclitamus periculi causa. Incertam fortunam experimur, uim tempestatis nulla ope humana superabilē, mortem si ne spe sepultura. Non erat tanti, si ad pacem p ista uerheremur. Nūc cum euaserimus tot scopulos latentes, & insidias uadis maris, cum effugerimus procellos desuper motes, per quos præcepis in nauigates uentus impingit, cum inuoluto nubilo dies, & nimbis ac tonitruis horrendas noctes, cū turbinibus diuallia nauigia, quis erit huus laboris ac metus fructus? quis nos fessos tor malis portus exciperit? Bellum scilicet & obuius in littore hostis, & trucidanda gentes, tractura magna ex parte uictorem, & antiquarum urbium flamma. Quid in arca cogimus populos? Quid exercitus scribimus di ecturos acie in medijs flutibus? Quid maria inquietamus, parum uidelicet ad mortes nostras terra te patet. Nūmis delicate fortuna nos tractat. Nūmis dura dedit nobis corpora, felicē ualitudinē. Nō depopula nos casus incurrrens. Emetiri cuiq; annos suos ex cōmodo licet, & ad senectutē decurrere. Itaq; eamus in pelagus, & uocemus in nos fata celsantia. Misericordia quid querit, mortem, quia ubiq; superest? Petit illa nos & ex lectulo, sed ubiq; innocentes petat, occupabit uos in uestra domo, sed occupet nullū molientes malū. Hoc uero qd aliud qd dixerit, qd insania circuere pericula, & ruere in ignotos, irati sine iniuria occurrētia deuastantē, ac ferari more occidere, quē nō oderis? Illis tamē in ultionem, aut ex fame morsus est. Nos, sine ulla parsimonia nostri alieniq; sanguinis, mouemus maria, & nauigia deducimus, salutem cōmittimus flutibus, secundos optamus uentos, quorum felicitas est ad bella perferti. Quouiq; nos malos mala nostra rapuerit. Parum est intra orbem suū furere. Sic Persarū rex stolidissimus in Graciā traicit, quam exercitus non uincit, cū

cet, cum impleuerit. Sic Alexander ulterior Bacris & Indis uolet quærere, quid sit ultra magnum mare, & indignabitur aliquid esse ultimū sibi. Sic Parthiā auraria Crasum dabit. Non horribit reuocantis diras tribuni, non tempestates longissimi mari, non circuus Eufratēm præfaga fulmina, & deos resistentes, per hominū deorumq; iras ad aurū ibi tur. Ergo non merito quis dixerit rerum naturam melius a cūtrara fuisse nobiscū, si uentos flare uetusset, & in alto discursu furentium in sua quemq; terra stare iussisset. Si nihil aliud, certe suo quisq; tantum ac suorum malo nasceretur. Nunc parum in domeſtīca, externis quoq; laborandum est. Nulla terra tam longe remota est, qua non emittere aliquod suum malum possit. Vnde scio an nunc aliquis magna gētis in abdito dominus, fortuna indulgentia tumens, non contineat inter terminos arma, an paret classes ignota molies, Vnde scio hic mihi, an ille uentus bellū inuehet? Magna pars erat pacis humanae, maria præcludi. Non tamē (ut paulo ante dicebam) queri possumus de autore nostri deo, si be neficia eius corrumptimur, & ut essent contraria efficiuntur. Dedit ille uentos ad custodiēdam cœli terrarumq; temperiem, ad euocandas supprimendasq; aquas, ad alendos fatum atq; agborum fructus, quos ad maturitatem cum alijs causis adducit ipsa iactatio, at trahens cibum in summa, & ne torpeant promouens. Dedit uentos ad ulteriora noscenda, fuisset enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscrīberetur naturalis soli fine. Dedit uentos, ut comoda cuiusc; regionis fierent communia, non ut legiones equitemq; gestarent, nec ut pernicioſa gentium arma transuherent. Si beneficia natura utentium prauitate ppndimus, nihil non nostro malo accepimus? Cui uidere expeditur? Cui loqui? Cui non uita tormentum est? Nihil inuenies tam manifestū utilitas, quod non in contrarium transferat culpa. Si uentos quoq; natura bonos futuros inuenierat, ipsi illos contrarios fecimus. Omnes in aliquod nos malum ducunt. Nō eadem est his & illis causa soluendi, sed iusta nulli. Diversis enim irritamentis ad tentandum ire impellimur. Itaq; aliqui uitio nauigatur. Egregie Plato dicit, quā nobis circa exi tum iam testium loco dandus est, minima esse qua homines emāt uita. Immo Lucili charrissime, si bene furorem illorum existimaueris, id est nostrum, (in eadem enim turba uolutamur) magis ridebis, cum cogitaueris uita parari ea, in quibus uita consumitur.

Libri quinti naturalium questionum finis.

LVCII ANNEI SENECAE NATVRALIVM QVAESTIO NVM LIBER SEXTVS, in quo de terra motu agitur.

POMPEIOS celebrem Campaniā urbem, in qua ab altera parte Surretinum Stabianumq; litus, ab altera Calcedonense conuenient, mare ex aperto conductum amōne sinu cingit, defedisse terremotu, uexatis quæcung; adiacebant regionibus, Lucili uitrorum optime, audiūmus, & quidem diebus Hybernis, quos uacare a tali periculo maiores nostri solebāt permittere. Nonis Februarij fuit motus hic, Regulo & Vergilio cōsulibus, qui Campaniā nunq; securam huus mali, indemnem tamen & toties defunctā metu, magna strage ualuit. Nam & Herculanensis oppidi pars ruit, dubiēq; stant etiā quae reliqua sūt. Et Nucerinorum colonia, ut sine clade, ita nō sine querela est. Neapolis quoq; priuatim multa, publice nihil amisit, leuiter ingēti malo perfricta. Villas quoq; præruptas passim sine iniuria tremuere. Adiiciuntur his illa, sexcentarum ouium gregem examinatū, & diuisas statuas, motas post hoc mentis aliquos atq; impotentia sui errasse. Quorum ut causas excutiamus & propositi operis contextus exigit, & ipse in hoc tempus congruens causa, querenda sunt trepidis solatia, & demandus ingens timor. Quid em̄ cuiq; satis tutū uideri potest, si mundus ipse concutitur, & partes eius solidissima labant? Si, quod unū immobile est in illo fixumq;, ut cuncta in se intēta sustineat, fluctuat. Si quod propriū habet terra, perdidit stare, ubi tandem resident metus nostri. Quod corpora receptaculū inuenient, quo sollicita configunt, si ab imo metus nascitur, & funditus trahitur? Conseruatio omnis est, ubi tecfa crepuere, & ruina signum dedit, tunc preceps quisq; se p̄cipit, & penates suos deserit, ac se publico credit. Quam latebram prospicimus, quod au xilium, si

Quare de uentis mū do tribuerit

Ait Hercu lanensem,

aut dissideret

xilium, si orbis ipse ruinas agit: si hoc, quod nos tuerit, supra quod urbes sit
te sunt, quod fundamentū quidam orbis esse dixerunt, & discedit ac titubat: Quid tibi es
se nō dico auxiliū, sed solari potest, ubi timor fugam perdidit: Quid est in qua sati mu-
nitum? Quid ad tutelam alterius ac sui firmum? Hostem muro repellam, prarupta alti-
tudinis castella, uel magnos exercitus difficultate aditum morabuntur. A tempestate nos
uindicant portus. Nimborum uim effusam, & sine fine cadentes aquas tecta propellunt,
fugientes non sequitur incēdium, aduersus tonitrua & miras colis subterraneas domus,
& defossi in altum specus remedia sunt. Ignis ille coelestis, non transuerterat terram, sed
exiguo eius obiectu retundit. In pestilentia mutare fedes licet. Nullum malū sine ei
fugio est. Nunq̄ fulmina populos perussert. Pestilens cœlum exhaustus urbes, nō abs-
olutus. Hoc malum latissime patet, ineuitabile, audiū, publice noxiū. Non em domos
solum, aut familiās, aut urbes singulas haurit, sed gētes totas, regionesq̄ subvertit, &
modo ruinis operit, modo in altam uoraginem condit, at ne id quidem relinquit, ex quo ap-
pareat, quod non est, saltem fuisse, sed supra nobilissimas urbes sine ullo uestigio prioris
habitus solum extenditur. Nec desunt, qui hoc genus mortis magis timeant, quo in abi-
ruptum cum sedibus suis eunt, & e uiuorum numero uiui auferuntur, tanq̄ nō omne fa-
tum ad eūdem terminū ueniat. Hoc habet inter catēra iusticia sua natura p̄cipuum,
quod cum ad exitum uentum est, omnes in aquo sumis. Nihil itaq̄ interest, utri me la-
pis unus elidat, an mōte toto premat. Vtrum supra me domus unius onus ueniat, & sub
exiguo eius tumulo ac puluere expirem, an totus caput meum terrarū orbis abscondat,
In luce hunc & in aperto spiritū reddam, an in uasto terrarum dehincētū sinu. Solus
in illud profundum, an cum magno comitatu populus concidentium ferar. Nihil int-
erest mea, quantus circa mortem meam tumultus sit, ipsa ubiq̄ tantudem est. Proinde
magnū sumamus animū, aduersus istam cladem, quae nec euictari, nec prouideri pot. Dei
sinamus audire istos, qui Campaniæ renunciāuerūt, quicq; post hunc casum emigraverūt,
negantq; seipso unq; ipsam regionem accessuros, quis enim illis promittet, melioribus
fundamentis hoc aut illud solum stare. Omnia eiusdem fortis sunt. Et si nondum mota,
tamē mobilia, hūc fortasse in quo securius consistit locum, hæc nox aut hinc ante noctem
dies scindet. Vnde scies, an melior eorum locorum conditio sit, in quib; sam uires suas
fortuna cōlumpsit, aut qua in futurā ruina suā fulta fuit? Erramus em, si ullā terrarū par-
tē exceptā imunq; ab hoc piculo credimus. Oēs sub eadē facēt legē. Nihil ita ut imobi-
le eset natura cōcepit, alia tibi alijs cadūt. Er quādmodū urbisq; magnū, nūc hæc do-
mus, nūc illa suspēdit. Ita in hoc orbe terrarū nūc hæc ps facit uitū, nūc illa. Tyros aliquā
infamis ruinis fuit. Alia duodecim urbes simul perdidit, anno priore in Achāia & Mace-
donia. Quācūq; ista uis mali incurrit, nunc Campaniam læsit. Circuit satū, & siquid diū
praterit, repetit. Quādam rarius sollicitat, sapius quadam. Nihil immune esse, & inno-
xiū sinit. Non homines tantū qua breuis, & caduca res nascimur, urbes oræq; terrarū
& littora, & ipsum mare in seruitutem fati uenit. Nos tamen nobis permanūra promis-
timus bona fortuna, & felicitatem, cuius ex omnibus rebus humanis uelocissima est le-
uitas, habituram in aliquos pondus ac moram credimus. Et perpetua sibi omnia, p̄mit-
tentibus in mētem nō uenit, id ipsum, supra quod stamus, stabile nō esse. Neq; em Cam-
pania istud aut Achāia, sed omnis soli uitū est male cohārere, & ex causis pluribus re-
solui, & summa manere, partibus ruere. Quid ergo? Solatiū aduersus pericula dare, p̄
misera, ecce undiq; timenda pronouc̄. Nego quicq; esse quietis aeternā, quod perire
possit, & perdere. Ego uero hoc ipsum solatiū loco pono, & quidem ualentissimi. Quan-
doquidem sine remedio timor stultus est, ratio terrorē prudentibus excutit. Imperi-
tis fit magna ex desperatione securitas. Hoc itaq; generi humano dicitum puta, quod illis
subdita captiuitate rerum inter ignes & hostem stupētibus dictum est. Vna salus uictis
nullam sperare salutē. Si uictis nihil timere, cogitate omnia esse timenda, circumspicite
q̄ leuibus causis discutiāmur. Non cibus nobis, non humor, non uigilā, non somnus, si
ne mensura quadam salubria sunt. Iam intelligis nugatoria esse nostra, & imbecilla cor-
puscula, fluida, non magna molitione perdenda. Sine dubio id unū periculi nobis esset,
quod tremuit terra, quod subito dissipantur, ac superposita deducunt. Magnis estimat,
qui flumina

Remedii
aduersus
via picula

qui flumina & motus terrarū hīatulq; formidat, uult ille imbecillitatis sua conclusū tū
merē p̄lituit, ita uidelicet nati sumus, tam felicia sortiti membra, & in hanc magnitudi-
nem creuimus. Et ob hoc nū mūdi partibus motis, nū cœlum tonuerit, nū terra sub-
federit, perire non possumus. Vnguicula nos & ne toruis quidem dolor, sed aliqua a la-
tere eius scisura, cōficit. Et ego timeam terras trementes, quem crastor salua suffocat.
Ego extimelcam emotū sedibus suis mare, & ne æstu, maiore q̄ solcat cursu, plus aqua-
rum trahens superueniat, cum quosdam stragulauerit potio male lapsa per fauces. Quā
stultum est mare horrere, cum scis stillicidio perire te posse? Nullum est maius solatū
mortis, q̄ ipsa mortalitas. Nullum autem omnium istorum quā extrinsecus terrēt, quā
quod innumerabilia pericula in ipso sinu sint. Quid em dementius, quā ad tonitrua luci-
cidere, & sub teatram se corripere fulminum metu? Quid stultius, q̄ timere mutationē
aut subitos montium lapsus, & irruptiones maris extra littus eieci, cū mors ubiq̄ p̄rei-
sto sit, & undiq; occurrat? Nihilq; sit tam exiguum, quod non in pernicie generis hu-
mani satis ualeat? Adeo non debent nos ista confundere, tanq̄ plus in se malī habeant
q̄ uulgaris mors, ut contra cum sit necesarium & uita exire, & aliquando emittere ani-
mam, maiore perire ratione iuuet. Necesse est mori ubiq̄ quādīc̄. Sterlīcet ista hu-
mus & se teneat suis finibus, nec uilla facētur iniuria, supra me quandoq; erit. Interest er-
go illam ego mihi, an ipsa se mihi imponat. Deducitur ingenti potentia, nescio cuius ma-
li. Rumpitur, & me in imensam altitudinem adducit. Quid porro? Mors leuior in pla-
no est? Quid habeo quod querar, si rerum natura non me uili iacere in ignobilis loco? si
mihi iniūci sui partem? Egregie Vagellūs meus in illo inlyto carmine. Si cadēt est,
inquit, mihi, coelo cecidisse uelim. Idem licet dicere. Si cadendum est, cadam orbe con-
cuso. Non quia fas est optare publicam cladem, sed quia ingens mortis solatium est, ter-
ram quandoq; uidere mortalem. Illud quoq; proderit p̄fumere animo, nihil horum
deos facere. Nec ira numīnū, aut cœlum converti, aut terram. Suas ista causas hahent,
nec ex imperio faciunt, sed ex quibusdam uitij, ut corpora nostra turbantur, & tūc, cū
facere uidetur, iniuriā accipiunt. Nobis autem ignorantibus uerum, omnia terribilia
sunt, utpote quorum metum raritas auget. Leuius accidentū familiaria, & ex insolito for-
midō est maior. Quare autem quicq; nobis insolitum est? quia naturam oculis nō ratio-
tione comprehendimus, nec cogitamus, quid illa facere possit, sed tantum quid fecerit.
Damus itaq; huius negligētia penas, tanq; nouis terribi, cum illa nō sint noua, sed info-
lita. Quid ergo? Non religionem inuitit mentibus, & quidem publicē, siue deficere sol-
uis est, siue luna, cuius obscuratio frequētior, aut parte sui, aut tota delituit; longe q̄ ma-
gis illa acta in transuersum faces, & coeli magna pars ardens, & crinita sydera, & plures
solis orbes, & stellæ per diem uisa, subitq; transcursus igniū, multam post se lucem tra-
hentium; nihil horum sine timore miramur, & cum timendi sit causa, nescire, non est tā-
ti scire, ne timeas. Quanto satius est causas inquirere, & quidem toto in hoc intento ani-
mo? Neq; em illo quicq; inueniri dignus potest, cui se non tantum cōmodet, sed impen-
dat. Quaramus ergo, quid sit quod terram ab insiño moueat, quid tanti molem ponde-
ris pellat, quid sit illa valentius, quid tamū onus uia sua labefactat, cur modo tremat, mo-
do laxata lubefact, nunc in partes diuisas discedat, & alias interuallum ruinæ sue diu ser-
uet, alias cito comprimat. Nunc amnes magnitudinis notæ cōuertat introrsus, nunc no-
uos exprimat, aperiāt aliquando aquariū calentū uenas, aliquando refrigeret, igne q̄
nonnūq; per aliquod ignotum ante montis aut rupis foramen emitat, aliquando no-
tus & per scula nobiles comprimat. Mille miracula mouet, faciemq; mutat locis, & dei-
fert montes, subigit plana, ualles extuberat, nouas in profundo insulas erigit. Hæc ex q̄
bus causis accidunt, digna res est excuti. Quod, inquis, erit precium operæ? quo nullū
maiū est, noscere natura. Neq; em quicq; habet in se huius materiae tractatio pulchrius,
cum multa habeat futura usui, q̄ quod hominē magnificētia sui detinet, nec mercede,
sed miraculo colitur. In spiciam ergo quid sit, propter quod accidit hæc. Quorū
est adeo mihi dulcis inspeccio, ut q̄uis aliquando de motu terrarum uolumen iuuenis
ediderim, tamen tentare me uoluerim & experiri, an atas aliquid nobis, aut ad scientiā,
aut certe ad diligentiam adieccrit. Causam qua terra concutitur, alij in aqua esse, alij in
O ignibus

Egregia Vagellūs
gellū tentat
nihil enim re
pertū quod quis

Vnde ter-
motus.

ignibus, alij in ipsa terra, alij in spiritu putauere, alij in pluribus, alij in omnibus his. Qui
dam liquere ipsi aliquam ex his cauam dixerunt, sed non liquere, quae eset. Nunc sin-
gula prosequamur. Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veterum parum ex-
atas esse & rudes. Circa uerum adhuc errabatur. Noua omnia erant primo tentantibus,
post eadem illa limata sunt, & si quid inuentum est, illis nihilominus referri debet acce-
ptum. Magni animi res fuit, rerum naturae latebras dimouere, nec cōtentum exteriori
eius confpectu, intropicere & in deorum secreta descendere. Plurimū ad inueniendū
contulit, qui speravit posse reperi. Cum excusatione itaq; ueteres audiendi sunt. Nulla
res consumata est, dum incipit. Nec in hac tantum re omniū maxima atq; inuolutilissi-
ma, in qua etiam cum multū actum erit, omnis tamē atas quod agat inueniat, sed in omni
alio negocio, longe semp a perfecto fuere principia. In aqua cauam esse, nec ab uno di-
ctum est, nec uno modo. Thales Milesius totam terram subiecto iudicat humore por-
tari & innatare, sive illud oceanum uocans, sive magnū mare, sive alterius naturae sim-
plicem adhuc aquam & humidū elementū. Hac, inquit, unda sustinet orbis, velut alii
quod grande nauigium, & graue his aquis quas premit. Superuacuum est reddere cau-
as, propter quas existimat grauissimā partem mundi non posse spiritu tam tenui fugi-
cī gestari, nō enim nunc de situ terrarum, sed de motu agitur. Illud argumenti loco po-
nit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitatur, quod in omni maiore motu erumpunt
fere noui fontes, sicut in nauigis quoq; evenit, ut si inclinata sunt & abidere in latus, aquā
sorbeant, quae in omni onere eorum quae uehit si imodice depressa sunt, aut superfundi-
tur, aut certe dextra similitraq; solito magis surgit. Hanc opinionē falsam esse, nō est diu
colligendum. Nam si terram aqua sulfineret, & ea aliquando concuteret, semper moue
ret, nec agitari illam miraremur, sed manere cum tota concuteret, non ex parte. Nun
quam em̄ nauis dimidia factatur. Nunc uero terrarum non uniuersarū, sed ex parte mo-
tus est, quomodo ergo fieri potest, ut quod totum uehirit, totum nō agitetur, si eo quo
uehirit agitatuerit est. At quare aqua erumpunt? Primitū omnium sepe tremuit terra, &
nihil humoris noui fluxit. Deinde si ex hac causa unda prorūperet, a lateribus terra cir-
cumfundere, sicut in fluminib; ac mari uidemus accidere, ut incrementum aquarum,
quoties nauigia desidunt, in lateribus maxime appareat. Adultimū non tam exigua fie-
ret, qd̄ dicit eruptio, nec uelut per rimam sentina subreperet, sed fieret ingens inundatio,
ut ex infinito liquore & ferente uniuersa. Quidam motum terrarum aqua imputauere,
sed non ex eadem causa. Per omne, inquit, terram, multa aquarū genera decurrunt. Alii
cubi perpetui amnes, quorum per nauigabilis etiam sine adiutorio imbrūm magnitu-
do est. Hinc Nilus per astantem ingentes aquas inuehit. Hinc qui medius inter pacata
& hostilia fluit, Danubius ac Renus. Alter Sarmaticos impetus cohibens, & Europam
Afiamq; disternās. Alter Germanos audiam gentem bellī repellens. Adiace nunc pa-
tentissimos lacus, & stagna populis inter se ignotis circumdata, & ineluctabiles nauigio
paludes, nec ipsi quidem inter se peruias, quibus incoluntur. Deinde tot fontes, tot ca-
pita fluminū subito se, & ex occulto amnes uomient. Tot deinde ad tempus collectos
torrentum impetus, quorū uires tam repentinaq; breues. Omnis aquarū etiam inter
terram natura faciesq; est. Illic quoq; alio uasto curlu deferūtur, & in præcepis uolatū ca-
dunt. Alii languidores in uadis refunduntur, & leuiter ac quiete fluunt. Quis autē ne-
get uastis illa receptaculis concepi & ceflare multis inertis locis? Non est diu probandum
ibi multas aquas esse, ubi omnes sunt. Nec enim sufficeret tellus ad tot fluminū eden-
da, nisi ex reposito multoq; funderet. Si hoc uerum est, necesse est aliquando illic amnis
ex crescere, & relictis ripis violentus in obstantia incurrit. Sic fieri motus alicuius partis,
in quam flumē impetum dedit, & quam donec decrescat uerberabit. Poteſt fieri, ut ali-
quam regionem riuis affluens exedat, ac secum trahat aliquam molem, qua lapsa, super
posita quatiantur. Iam uero nimis oculis permitit, nec ultra illos scit producere animū,
qui non credit esse in abscondito terra finis maris uasti. Nec enim uideo quid prohibe-
at uel obſter, quo minus illic habeatur aliquid etiam in abscondito littus, & per occul-
tos aditus receptum mare, quod illic quoq; tantundem loci tenet, aut fortassis hoc am-
plius, quo superiora cum tot animalibus erant diuidenda, abſtrusa enim & sine posſeſſio-
ne deferta,

Forrē uo/
caris.

Germani au-
da gens belli

re deserta, liberius undis uacant. Quas quis uetat illic fluctuare, & uenit, quos omne in
teruallū terrarum, & omnis aer creat, impellit. Poteſt ergo maior solito exorta tempe-
ſtas aliquam partem terrarum impulsam uehementius comouere. Nā apud nos quoq;
multa, quae procul a mari fuerant, subito eius accessu uapulauere, & uillas in cōspectu col-
locatas, fluctus qui longe audiebatur inuasit. Illuc quoq; potest accedere ac decedere pe-
lagus infernum, quorum neutrum fit sine motu superflantum. Non quidem existimō
diu te hesitaturum, ut credas esse subterraneos amnes & mare absconditum. Vnde em̄
ista prorūpunt, unde ad nos uenient, nisi quod origo humoris inclusa est. Age cum uil
des interruptum Tigrim, in medio itineris siccari, & non uniuersum auerti, sed paulatim
non apparentibus damnis minū primū, deinde consumi, quo illum putas abire, nisi in
obscura terrarum: utiq; cum uides emergere iterum, non minorem eo, qui prior fluxerat.
Quid cum uides Alpheū celebratū poetis in Achaia mergi, & in Sicilia rufus trāſte
& mari effundere amoenissimum fontem Aretusam. Nescis autem inter opiniones q;
bus narratur Nili estuā inundatio, & hanc esse a terra, illum erumpere & augeri, non ū
pernis aquis, sed ex intimo redditis? Ego quidem centuriones duos, quos Nero Caesar
ut aliarum uirtutum, ita ueritatis imprimis amantissimus, ad inuestigandum caput Nili
miseraſt, audiui narrantes, longum illos iter peregrine, cum a rege Aethiopie instructi au-
xilio, commendatiq; proximis regibus penetralient, ad ulteriorū quidem aiebant, per-
uenimus, ad immensas paludes, quarum exitum, nec incola nouerant, nec sperare quis-
q; potest, ita implicita aquis herba sunt, & aqua, nec pediti eluctabiles, nec nauigio, qd̄
nilī partum & uetus capax, limosa & obſita palus non ferat. Ibi, inquit, uidimus duas pe-
tras ex quibus ingens uis fluminis excidebat. Sed sive caput illa, sive accessio est Nili, si
ut tunc nascitur, sive in terras ex priore recepta cursu redit, nonne tu credis illam quicq;
est ex magno terrarum lacu ascendere, habeant enim oporet pluribus locis sparsum hu-
morem, & in īmo coactum, ut eructare tanto impetu possint. Ignem cauam motus
terrarum quidam, sed & quidam non ob eandem cauam iudicant. Imprimis Anaxago-
ras, qui existimat simili pene ex causa, & aere concuti terram, cum in inferiorē parte Ipi-
ritus crassum aera & in nubes coactum, ex sequi motum earum partiū, quae sub-
fectis admīnūlis deſtituta labant, donec corruere, nullo occurre, quod onus excipe-
ret. Tunc chasmata, tunc hiatus uastū aperiuntur, aut cū dubitauerit super ea se quae lug-
sunt, quae constant, se componunt. Hoc apud nos quoq; uidemus accidere, quoties in-
cendio pars ciuitatis laborat, cum exustæ trabes sunt, aut corrupta, que superioribus fir-
mamentum dabant. Tunc diragita fastigia concidunt, & tam diu differuntur atq; in-
certa sunt, donec in folido reſederent. Anaximenes ait terrā ipsam sibi esse cauam mo-
tus, nec extrinsecus incurrere, quod illā impellat, sed intra ipsam & ex ipsa quasdam par-
tes eius decidere, quas aut humor soluerit, aut ignis exederit, aut spiritus uioletia excus-
serit. Sed his quoq; celsantibus non deſſet, propter quod aliquid abſcedat aut reuelat.
Nam primum omnia uetustate labuntur. Nec quicq; tutum a senectute est. Hac solida
quoq; & magni roboris carpit. Itaq; quemadmodum in adſicis ueteribus quadam nō
percussa tamen decidunt, cum plus ponderis habuere qd̄ uirium, ita in hoc uniuerso ter-
rae corpore evenit, ut partes eius uetustate soluantur, soluta cadat, & tremorem superiorib;
afferant. Primitū diu abſcedunt, nihil utiq; magnum sive motu eius, cui hesit, abſcin-
ditur. Deinde cum deciderit, solido excepta, refilunt, pilæ more, quae cecidit exultat,
ac ſepiis pellit, toties a solo in'nonum impetum missa. Si uero in stagnantibus aqua
delata sunt, hic ipſe casus uincia concutit fluctum, quem subitum uastumq; illūsum ex al-
to pondus ejicit. Quidam ignibus quidem assignant hunc tremore, sed alter. Nam cū
pluribus locis feruant, necesse est ingentem uaporem sine exitu uoluant, qui uia ſpiri-
tū intendit, & ſi acris inſtitit, oppoſita diſſundit, ſi uero remiſſior fuit, nihil amplius
O 2 quam

Neronem im-
pudentissimā
bestiam lau-
dat

Aſſtuā

*

Aſſtuā

Trāquillitas
aeris praece-
dit terra mo-
tum.

Alt. tenuis

quam mouet. Videmus aquam spumare, igne subiecto. Quod in hac aqua facit inclusa & angusta, multo magis illum facere credamus, cum violentus ac uastus ingentes aquas excitat. Tunc ille uaporatione inundantū undarum, quicquid pulsauerit agitat. Spiritū esse qui moueat, & plurimis & maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens ait ita. Venti in concava terrarum deferuntur, deinde ubi iam omnia spacia plena sunt, & inquantum aer potuit densatus est, qui superuenit spiritus, priorem premit & elidit, ac frequentibus plagis primo cogit, deinde perturbat. Tunc ille quarens locum omnes angustias dimouet, & claustra sua conatur effringere. Sic euénit, ut terra, spiritu luctante & fugam quarente, moueant. Itaq; cū terra motus futurus est, praeedit aeris tranquillitas & quietes, uidelicet, quā uis spiritus, quā concitate uentos solet, inferni sede detinetur. Nunc quoq; cum hic motus in Campania fuit, quāuis hiberno tempore & in quieto, per superioris dies a cōelo aer stetit. Quid ergo? Nunq; flante uento terra cōcussa est. Admodū raro duo flauere simul uenti. Fieri tamen & potest & solet, quod si recit pīmus & constat, duos uentos rem simul gerere, quid nam accidere possit, ut alter supiorē aera agitat, alter inferius? In haec sententia licet ponas Aristotelē & discipulū eius Theophrastū, non, ut grācis uisum est, diuinū, tamen & dulcis eloquij uisum, & nūdū si ne labore. Quid utrīq; placeat exponā. Semper aliqua evaporatione est e terra, quā modo arida est, modo humido mixta. Hæc ab infimo edita & inquantū potuit elata, cū ulteriore locum in quē exeat non habet, retro fertur, atq; in se reuoluīt, deinde rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia, & siue interclusus, siue per angusta tenuis est, motū ac tumultum faciet. Stratex ex eadem schola est, qui hanc partē philosophiā maxime coluit, & rerum naturā inquisitor fuit. Huius tale decretū est, frigidū & calidū semp in contraria abeunt, & una esse nō possunt, eo frigidū confluit, unde uis calida discessit, & inuicē ibi calidū est, unde frigus expulsum est. Hoc quod dico uerum est, sed utrīq; in contrariū agit, ex hoc tibi appearat. Hyberno tempore cum supra terrā frigus est, calent pte, nec minus specus, atq; omes sub terra recessus, quia eo se calor contulit, superiores possidenti frigori cedens, qui cū in inferiora puenit, & eo se quantū poterat ingessit, quo densior, hoc ualidior est, huic aliū supuenit, cui necessario cōgregatus ille iam & in angustū pressus, loco cedit. Idem econtrario euénit, cum uis maior frigidū illata in caueris est. Quicquid illuc calidi latet, frigori cedens abit in angustum, & magno impetu agitur, quia nō patitur utriusq; natura cōcordiam, nec in uno moram. Fugiens ergo & omni modo cupiens exceedere, in proxima quaq; re molitur ac iactat. Ideoq; ante terrena moueant, solet mugitus audiri, uentis in abdito tumultuantibus, nec em̄ aliter posset, ut ait noster Vergilius. Sub pedibus mugitus solū, & iuga celsa moueri, nisi hoc eset uenorum opus. Vices deinde hui⁹ pugnae sunt, desinit calidi cōgregatio, ac rursus eruptio. Tunc frigida compescunt & succedunt, mox futura potentiora. Dum ergo alterna uis cursat, & ultro citroq; spiritus comeat, terra cōcūtitur. Sunt qui existimant spiritū qui dem & nulla alia ratione tremere terram, sed ex alia caufa, quā Aristotelē placuit. Quid sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum & sanguine irrigatur & spiritu, qui p̄ sua itinera decurrat. Habemus autē quadam angustiora anima receptacula, per quā nihil amplius quam meat. Quādā patientiora, in quibus colligitur & unde dividitur in partes. Sicut hoc totum terrā, omnī corporis, & aquis, quā uicem sanguinis tenet, & uentis, quos nihil aliud quis q̄ animā uocauerit, puūum est. Hac duo alīcubi cōcurrunt, alibi cōsistunt. Sed quemadmodū in corpore nostro dum bona ualitudo est, uenarū quoq; imputbara mobilitas modum feruat, Vbi aliquid aduersi est, mīcat crebrū, & suspīcia atq; anhelitus, laborat̄is ac fessi signa sunt. Ita terra quoq; dum illis positio naturalis est, in cōcūsa manent. Cum aliquid peccatur, tunc uelut egri corporis motus est, spiritū illo qui modestius perfluebat, isto uehemētius, & qualitante uenas suas. Nec ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse terram, nam si hoc est, quemadmodum animal, totam uexationem sentiet. Negi enim in nobis febris alias partes morat, alias citius impellit, sed per omnes pari aequalitate discurrit. Vide ergo nunc, quid intret in illa. Spiritus ex circumfuso aere, qui quādū habet exitum, sine iniuria labitur, si offendit aliquid & incidit quod uiam claudat, tunc oneratur primo insidente se a tergo aere. Deinde per aliquam

per aliquam rimam maligne fugit, & hoc acris fertur, quo angustius. Id sine pugna nō potest fieri, nec pugna sine motu. At si nec rimam quidem per quam effluat inuenit, cōglobatus illuc furit, & hoc atq; illo circuagitur, aliaq; de iicit, alia intercidit, cū tenuissimus idēq; fortissimus, & irrepat quicquid in obstructa, & quicquid intravit ui sua diducat & dissi pet, tunc terra factatur. Aut em̄ datura uento locū discedit, aut cum dedit in ipsam, quā illum emisit, cauernam fundamento spoliata confidit. Quidā ita existimant. Terra multis locis perforata est, nec tantū primos illos aditus habet, quos uelut spiramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus impositu natura. Alicubi deduxit, quicquid superne terreni erat. A qua alia torrentes cecidere, alia astibus magnis dirupta patuere, per hac interualla intrat spiritus, quem si inclusit mare & adegit, nec fluxus retro abiire permisit, tunc ille exitu simul reditq; praecluso, uolutatur. Et quia in rectum non potest tendere, quod illi naturale est in sublimē se intendit, & terram premētem reuerberat. Etiam nūc dicendum est, quod plārisq; authoribus placet, & in quo fortasse fiet dissensio. Non esse terram sine spiritu palam est. Non tantum illo dico, quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam faxis mortuisq; corporibus, sed illo dico uitali & uegeto & aleante omnia, hunc nūf haberet, quomodo tot arbustis spiritū infunderet, non aliunde uiuentibus? & tot satis? Quemadmodū tam diuersas radices aleret, atq; aliter in se meritas foueret, quasdas summa receptas parte, quasdam altius tractas, nūf multum haberet anima, tam multa, tam uaria generantis, & haustu atq; alimento sui educantis? Leibus adhuc argumentis ago. Totum hoc cōclūm, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hæ stella, quarum inueniri non potest numerus, omnis hīc cōlestium coetus, & (ut alia pratecum) hīc tam prope a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non lemel maior, alimentum ex terreno trahit, & inter se partiuuntur. Nec ullo alio scilicet, q̄ halitus terrarum sustinentur. Hoc illis alimentum, hīc pastus est. Non posset autem tam multa tantacq; & se ipsa maiora, terra nutrire, nūf plena eset anima, quā per diem ac noctem ab omnibus partibus suis fundit. Fieri em̄ nō potest, ut nō multum illi superfit, ex qua tantum petitur ac sumitur, & ad tempus quidem, quod exeat nascitur. Nec em̄ eset perennis illi copia sufficiunt in tot cōlesta spiritus, nūf inuicem ista excurrent, & in aliud alia soluerentur. Sed tamen necesse est abundet ac plena sit, & ex condito profert. Non est ergo dubium quin multum spiritus lateat intus, & cæca sub terra spatia aet latus obtineat. Quod si uerum est, necesse est id sape moueat, quod re mobilissima plenum est. Nunquid em̄ dubium esse potest cuiq; quin nihil sit tam inquietum q̄ aer, & tam uerabile & uagatione gaudens? Sequitur ergo, ut naturam suā exerceat, & quod semper moueri uult, aliquādo & alia moueat. Id quando fit? Cum illi cursus interdictus est. Nam q̄diu non impeditur, placide fluit, cum offenditur & retinetur, insanit, & mos ras suā arripit, non aliter, q̄ ille pontem indignatus Araxes. Quamdiu illi facilis & liber est alueus, primas quacq; aquas explicat. Vbi saxa manu uel calciū in latere pressere ueniē tem, tunc impetum mora querit, & quo plura opposita sunt, plus inuenit uitium. Omnis em̄ illa uanda quā a tergo superuenit, & in se crescit, cum onus suum sustinere nō potuit, uim ruina parat, & prona cum his quā obiacebant aufugit. Idem spiritu fit, qui quo ualentior agilior est citius seripitur, & uehemētius septus omnes disturbat. Ex quo motus sit scilicet eius pars, sub qua pugnatum est. Quod dicitur, uerum esse ex illo probatur (sæpe enim terramoto fuit) si modo pars eius aliqua disrupta est, inde uetus per multos dies fluxit. Ut tradit⁹ factu eo terra motu, quo Chalcis laborauit, quod apud Asclepiodorum inuenies, auditorem Posidoniū, in his ipsi⁹ quæstionum naturalium causis. Inuenies & apud alios authores hiasse uno loco terram, & inde non exiguo tempore spirasse uētum, qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat, per quod ferebatur. Maxima ergo causa est, propter quam terra moueat. Spiritus natura citius, & locum & loco mutans. Hic q̄diu non impellit, & in uacanti spacio latet, iacet innoxius, nec circuūtis molestus est. Vbi illum extrinsecus superueniens causa sollicitat compellitq; & in arcum agit, sci licet adhuc cedit tantum & uagatione. Vbi erepta discedendi facultas est, & undic oblitus, tunc Magno cū murmure montis Circū claustra fremit, quā diu pulsata conuicit ac iactat, eo arior quo cum ualentiore mora luctatus est. Deinde cum circa perlustraverit

Altitudine

Terra spiritū
plena est &
eundē nascen-
tibus reb⁹ ad
ministrat im-
mo & scilicet
eodem alii

Fortefillata

Fortē erupit

strauerit omne quo tenebatur, nec potuit euadere, inde quo maxime impactus est: resiliat, & aut per occultu*m* diuidit, ipso terrae motu raritate facta, aut p*ro*nou*m* uulnus emicuit. Ita eius n*on* potest us*tanta* cohiberi, nec uentum tenet ulli compages, soluit em quodcunq*m* uincul*m*, & omne onus fert secum, infususq*m* per minima, laxamentu*m* superat, Indo mita natura potentia libera est, utiq*m* cum concitatius sibi ius su*m* uindicat. Spiritus vero iniusta res est, nihil enim erit quod lucstantes uentos, tempestatesq*m* sonoras imperio premit, ac uinculis ac carcere frenet. Sine dubio poeta hunc uoluerat uideri carcerem, in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id quod clausum est, esse adhuc uentum, nec id quod uentus est, posse iam claudi. Nam quod in clauso est, quiete scit, & aeris statio est. Omnis in fugi uentus est. Etiam nunc & illud accedit his argumentis, per quod appareat, quod motu efficit spiritus, quod corpora quoq*m* nostra n*on* alteret tremunt, si spiritu*m* aliqua causa conturbat, cum timore contractus est, cum senectute lati guescit, & uenis torpentinus marcat, cum frigore inhibetur, aut sub accessione cursu suo deejicitur. Nam q*od* sine iniuria perluit, & ex more procedit, nullus est tremor corpori. Cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens in p*ro*ferendis his qua*m* suo uigore tenebat, deficiens concutit, quicquid integrum tulerat. Metrodorum Chium necesse est audiamus, quod uult sententia loco dicente. Non em permitto mihi nec eas quidem opiniones praterire, quas improbo, cum satius sit omnium copia fieri, & quae improbabus damnum potius q*ui* praterire. Quid ergo dicit? Quomodo cu*m* in dolor cauatur vox, illa per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, & tam leuiter morata circuit, non sine tactu eius tumultus, quo inclusa est, sic speluncarum sub terra pendentium uastitas habet aera suum, quem similis aliis superne incidentis percussit, agitat non aliter, quam illa de quibus paulo ante retuli*m*, inanita indito clamore sonuerunt. Veniamus nunc ad eos qui omnia ista quare retili*m* in causa esse dixerunt, aut his plura. De mortu*m* plura putat. At enim motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroq*m*. Et id hoc modo prosequitur, aliqua pars terre concuta est, & in hanc aequa magna uis confluit. Ex hac est aliquid tenus & ceteris liquidius. Hoc cum supuente grauitate reiectum est, terris illiditur, & illas mouet. Nec em fluctuari potest sine motu e*m*, in quod impingitur. Etiam nunc quomodo de spiritu dicebamus, de aqua quoq*m* dicendum est. Vbi in unum locum congesta est, & capere se desit, aliquo incubit, & primo uiam pondere aperit, deinde impetu. Nec em exire n*isi* per deuexum potest diu inclinata, nec indirectum cadere moderate, aut sine conuulsione eorū, per qua*m* & in qua cadit. Si uero cum iam rapi coepit aliquo loco substitit, & illa uis fluminis in se reuoluta est, in continentem terram repellit, & illa, qua parte maxime pendet, exagitat maxime. Praeterea aliquando madefacta tellus, liquore penitus accepto, altius sidit, & fundus ipse uiciatur, tunc ea pars prem*m*, in quam maxime aquarū uergentium pondus inclinat. Spiritus uero nonnunq*m* impellit undas, & si uehementius insitit, eam scilicet terrae partē mouet, in quam coactas aquas intulit. Non nunq*m* in coacta itinera co*m*ctus, & exitum querens, mouet omnia, terra autem penetrabilis uentis est, & spiritus subtilior est, quam ut possit excludi, & uehementior, quam ut sustineri cōcitat ac rapidus. Omnes istas esse posse causas Epicurus ait, plurēq*m* alias tentat, & alios, qui aliquid unum ex istis esse affirmauerunt, corripit, cum sit arduum de his qua*m* conjectura sequēda sunt, aliquid certi p*ro*mittere. Ergo (ut ait) potest terram mouere aqua, si partes aliquas eluit, & abrasit, q*ui* bus dejet posse extenuatis sustineri, quod integris ferebatur. Potest terram mouere im pressio spiritus, fortasse enim aer extrinsecus alio intrante aere, agitur. Fortasse aliqua parte subito decidente percutitur, & inde motum capit. Fortasse aliqua pars terre uelut columnis quibundam ac pilis sustinetur. Quibusdam iam uicissim ac recedentibus, tremit pondus impositum. Fortasse calida uis spiritus in ignem uersa, & fulminis similis, cu*m* magna frage obstantium fertur. Fortasse palustres & facientes aquas aliquis flatus impellit & inde aut istius terram quatit, aut spiritus agitat, ipso motu crescentis & se incitantis, ab imo in summa usq*m* perfertur, nullam tamen illi placet causam motus, esse maiorem quam spiritum. Nobis quoq*m* placet hunc spiritum esse, qui tanta possit conari, quo nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo nec illa quidem qua*m* uehemētissima sunt ualent

uent. Ignem spiritus cōcitat, aqua*m* si uentū detrahas, inertes sunt. Tunc demū impetu*m* sumunt, cum illas agit flatus, & potest dissipare magna spacia terrarum, & nouos montes subiectos extollere. Et insulas non ante uisas in medio mari ponere, Therem & theram hanc nostrā atatis insulam spectatibus nobis in Aegao mari natam quis dubitat, quin in lucem spiritus uexerit? Duo genera sunt (ut Posidonio placet) quibus mouetur terra, utriusq*m* nomen est proprium. Altera succusso est, cum terra quatitur, & sursum a deorum mouetur. Altera inclinatio, qua*m* altera nutat nauigij more. Ego & tertium illud existimo, quod nostro uocabulo signatum est, non enim sine causa tremorem terrae dixerit maiores, qui utriq*m* dissimilis est, nam nec cum succutuntur tunc omnia ne inclinantur, sed uibrantur. Res minime in huiusmodi casu noxia, sicut longa pernicioſor est inclinatio concusione. Nam n*isi* celeriter ex altera parte properabit motus, qui inclinata restituat, ruina necessario sequitur. Cum dissimiles hi*m* motus inter se sint, causa certi diuersa sunt, prius ergo de motu quatiente dicamus. Si quando magna onera per uices uehicularum plurimum tracta sunt, & rot*m* maiore n*isi* in salebras inciderunt, terram coti senties. Asclepiodorus tradit, cum petra et latere mōtis abrupta cecidisset, edificia uicina tremore collapsa sunt. Idem sub terris fieri potest, ut ex his que impendere ripibus aqua resoluta, magno pondere ac soно*m* in subiacentem caueram cadant, eo uehementius quo aut plus ponderis uenit aut altius. Et sic commouetur omne rectum cava*m* uallis, nec tame pondere suo abscondi laxa credibile est, sed cum flumina supra ferantur, assiduus humor commixtus lapidis extenuat, & quotidie his ad qua*m* religatus est austus, & illam (ut ita dicam) cutem qua*m* continetur abridit. Deinde longa per aurum di minutio usq*m* eo infirmat illa, qua*m* quotidie attruit, ut desinat esse oneri ferendo idonea. Tunclaxa ualit ponderis decidunt, tunc illa precipitata rupes, quicquid ab illo percussit, non passura consistere sonitu uenit. Et ruere omnia uisa repente, ut ait Vergilius noster. Huius motus succutientis terras hac erit cau*m*. Ad alteram tranfeo, Rara terra natura est, multumq*m* habens vacui, per has raritates spiritus fertur, qui ubi maior influxit nec emittrit, concut terram. Hec placet & alijs (ut paulo ante retuli*m*) cau*m*. Si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Calisthenes probat, non cōtemp*m*ptus uir. Fuit enim illi nobile ingenii, & furibund*m* regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen aeternum, quod nulla uirtus, nulla bellorum felicitas redimit. Nam quoties quis dixerit, occidit Perfarum multa milia, opponetur ei & Calisthenes. Quoties dictum erit, occidit Darium penes quem tunc magnum regnum erat, opponetur & Calisthenes. Quoties dictum erit, omnia oceano tenus uicit, ipsum quoq*m* tentauit nouis classibus, & imperium ex angulo Thracia*m* usq*m* ad orientis terminos protulit, dice*m*, sed Calisthem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumq*m* exempla transferit, ex his que fecit huius tam magnū erit, q*ui* scelus Calisthenes. Hic Calisthenes in libris in quibus defcripsit quēadmodū Helice Burisq*m* mersa sunt, quis illos casus in mare uel in illas mare imerit, dicit id quod in priore parte dictum est, spiritus intrat terrā p*ro* occulta foramina, quē admodum ubiq*m*, ita & sub mari. Deinde cum est obstructus ille trames, per quē descederat, redditum autem illi a tergo refluis aqua abstulit, huc & illuc fertur & libi ipse occurrent terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita uexantur. Inde Neptuno haec assignata maris mouendi potentia. Quisquis primas literas gracas didicit, scit illum apud Homerum ἔνοτη γαρ τοκαί. Spiritum esse huius mali causam & ipse conscientia, de illo disputabo, quomodo intret hic spiritus, utrum per tenuia foramina, nec occlusa comprehensibilia, an per maiora ac patentiora. Et utrum ab imo, an etiam per summam terrarum. Hoc incredibile est. Nam in nostris quoq*m* corporibus, cutis spiritum respuit, nec est illi introitus, nisi per quem trahitur, nec confidere quidem a nobis receptor potest, nisi in laxiore corporis parte. Non enim inter neruos pulpas, sed in uisceribus & paulo interioris partis recessu commoratur. Idem de terra sulphurari licet, uel ex hoc, quod motus non in summa terra circae summa est, sed subter & ab imo. Huius indicium est, quod altitudinis profundus maris factantur, motis scilicet his, supra quae fusca sunt. Ergo uerisimile est terrā ex alto moueri, & illuc spiritū in caueris ingentibus cōcipi*m*. Immo inquit seu cu*m* frigore inhorruimus, tremor sequit*m*, sic terras quoq*m* spiritū extrin-

Calisthenes
ab Alexan-
dro misera-
biliter occi-
fus.

Neptunnus
Ennosigaeus.